**Petro Spera**
**Sanctae Anatoliae**

# D. O. M.
# ASSERTIONES
METHAPHYSICALES,
*Aliarumque Philosophiae, Medicinaeque partium*
*Ad Aristotelis, Galenique mentem,*
*Ex illorum doctrina depromptae*
**A PETRO SPERA**
*Sanctae Anatoliae, publicè discutiendae*
*proponuntur*

**Senis, Apud Lucam Bonettum, 1584**
*Cum licentia Superiorem*

---

Le pagine sono state acquisite presso la
Biblioteca degli Intronauti di Siena il 28.07.2014

Roberto Tupone
Agosto 2014

Nel 1584 **Luca Bonetti**, tipografo in Siena, diede alle stampe un libro scritto da **Pietro Spera** intitolato: *“A Dio, l'ottimo, il massimo. Affermazioni di metafisica e di altre parti della filosofia e medicina dal pensiero di Aristotele e di Galeno, estrapolate dalla loro dottrina da Pietro Spera di S. Anatolia che si propongono per essere discusse pubblicamente”* (1).


D. O. M.
ASSERTIONES
METHAPHYSICALES,
Aliarumq; Philoſophiæ, Medicinæque partium
Ad Ariſtotelis, Galenique mentem,
Ex illorum doctrina depromptæ
A PETRO SPERA
Sanctæ Anatoliæ, publicè diſcutienda
proponuntur.
SENIS, Apud Lucam Bonettum. 1584.
Cum licentia Superiorum.

Più che di un libro si trattò di una sorta di tesi, 64 pagine tutte in latino, che Pietro dovette discutere in pubblico al termine dei suoi studi presso il **Ginnasio di Siena**, l'11 ottobre del 1584 (2).

Pietro era un cittadino di Sant'Anatolia e ci teneva a rimarcarlo, confermandolo per ben due volte, sia in copertina che nell'introduzione. Egli, trovandosi a Siena, potrebbe aver conosciuto dei componenti della nobile famiglia dei Placidi che, fuoriusciti da Siena, forse scelsero quale nuova dimora proprio Sant'Anatolia dove avevano una persona che poteva dar loro una prima accoglienza, ma questa è solamente una ipotesi non avvalorata da nessun documento.

Nel 1753, nel registro del Catasto Onciario di Sant'Anatolia, venne iscritto, quale proprietario terriero, un omonimo di Pietro. Questi probabilmente era un suo discendente o pronipote, dato che Pietro potrebbe anche essere stato un religioso.

Pietro Spera dedicò il libro a **Giovanni Vincenzo Valignani** che in quel periodo veniva considerato dagli abitanti il “*padrone”* del paese. Infatti, nel quinquennio 1570-75, diversi appezzamenti di S. Maria del Colle, beneficio del seminario di Rieti, tra S.Anatolia e Torano, restarono incolti perchè, come riferì il vicario di Corvaro, nessuno *"ha voluto pigliarli in affitto, ne lavorarli et dicevano che non li possevano lavorare per non venire in disgratia del sig. Giovanni Vincenzo Valignano, quale è padrone di S.Natologlia, et dicevano chel signore predetto non voleva che li lavorassero, ma non dicevano per che causa il signore non volesse"*. Nel 1575 il Valignani permise che se ne lavorasse una parte, a condizione però, *"che dal frutto di esse terre se ne riparasse la chesia"*. Per gli anni sfitti il seminario aveva perduto circa 50 some di grano e fu sempre per volontà del Valignani che restarono incolti, in quegli stessi anni, i terreni di S. Lorenzo in Cartore e di S. Maria di Brecciasecca (3).

Giovanni Vincenzo Valignani nel 1556 fu Capitano nella guerra di "Campagna di Roma". Nel 1561, 1576, 1580, 1582 e 1587 fu Camerlengo di Chieti, ossia Sindaco, ma i componenti della sua famiglia ebbero più volte la stessa carica dal 1390 fino a ad almeno la prima metà del 1800 (4).

---

**Note:**

1.Traduzione più libera: *“A Dio, l'ottimo, il massimo. Massime per trattazioni pubbliche di metafisica, filosofia e medicina dal pensiero di Aristotele e di Galeno, tratte dal loro insegnamento da Pietro Spera di Santa Anatolia”. Il titolo è stato tradotto da M. T. De Amicis.*
2.*Collocazione: Biblioteca universitaria di Pisa n. PI0112 - Biblioteca degli Intronati di Siena Miscellanee n. SI0046*
3.Vincenzo di Flavio - La patria di Niccolò V nelle visite pastorali del '500, p.63 - da: Arch. Vesc. Rieti Sacra visita varii anni 1565-1687 c. 3 fondo Visite X, 15 A5651124 - Vedi anche Tupone Roberto, S. Anatolia, Cartore e dintorni, cap. IV, p.133. Nella sua pubblicazione Vincenzo Di Flavio ha inserito come data del documento il 1565 ed io non ho messo in dubbio la cosa. Qualche anno più tardi però (2023), rileggendo l'originale, mi è saltato agli occhi l'errore. Tra l'altro nel documento viene menzionato il defunto don Novello che invece almeno fino al 1570 era vivo e vegeto. La data va quindi spostata di dieci anni al 1575.
4.Gennaro Ravizza - Notizie Biografiche che riguardano gli uomini illustri della città di Chieti

Giovanni Vincenzo fu marito di **Aurelia Guiderocchi** (1544-1633), vedova di Sforza Santinelli e madre di Cesare e Carlo Santinelli, nati a S.Angelo in Vado. Sforza morì alla fine del 1571 e anche i suoi figli morirono precocemente senza lasciare eredi. Dopo qualche anno Aurelia sposò Giovanni Vincenzo ma il matrimonio durò poco in quanto anch'egli morì pochi anni dopo. Aurelia era amica del celebre poeta e scrittore **Torquato Tasso**. Ella morì il 27/12/1633 a quasi 90 anni senza lasciare figli (5).

La famiglia **Valignani o Valignano** era di origine Normanna e prese il nome dal castello di Valignano distrutto da Carlo d'Angió. Essa godette di nobiltá nelle cittá di Napoli, ai Seggi di Porto e di Portanova, Lucera, Chieti, ove godeva le primarie prerogative, ed a Roma ove trovavasi ascritta in Campidoglio come appartenente al patriziato. *"D'antichissimo lignaggio venne questa famiglia nel regno di Napoli pare tra il 1100 o 1200 come afferma anche il Dizionario storico di Gian Battista Crollalanza e fu di sangue Normanno. Falconio di Benevento nella sua storia di Napoli parlando del Castello Valignano, che fu distrutto da Carlo d'Angiò asserisce aver appartenuto in quell'epoca a Valignano milite illustri ex Normannorum familia.*

*Talché parebbe che i Valignani avessero dato il nome al Castello, piuttosto che il Castello ai Valignani, come alcuni vorrebbero, tra i quali anche il Crollalanza e specialmente Antonio Bertrando scrittore del Regno di Napoli il quale scrive: Credesi che la famiglia Valignani, o del Baleniano, o Volognana, la quale è delle più celebri di Abruzzo ed anche del Regno, abbia avuta la sua origine da' Normanni: o come alcuni han creduto, da' Lordi di Roma, che similmente da' Normanni discendevano: il certo è questo, che così fu detta dell'antico dominio di Valignano, Castello in Abruzzo citra, distrutto poscia da Carlo d'Angiò.*

*Giovanni Vallati nella sua storia, parlando delle famiglie Normanne che vennero in Italia e precisamente nel Regno di Napoli, mette fra le altre: Familia de Volignano, ex sanguine Principum Normannorum, dive et potens in regno Napolitano, precipue in Samnio apud Marriccinos. (cioè presso i popoli d'Abruzzo. Il monumento poi più accentuato della discendenza Normanna dei Valignani è lo stemma Gentilizio, che fino a Carlo V ci viene così descritto dallo stesso Giovanni Vallati: Balteum purpureum seu Fascia, aureo in scuto, nobile Stemma Valignanorum, in quo tre rosas albas seu argenteas Princeps Normanni addidere. Che vuol dire: fascia rossa, in campo d'oro, sulla quale i principi normanni aggiunsero, ne si sa il perchè, tre rose bianche, o d'argento.*

*Di che, Francesco De Petris sul suo libro delle armi delle Fam. Nobil dice: Altri usano la sola banda vermiglia in campo d'oro, come la casa reale di Lorena, e de' Valignani, cosiddetti dal Dominio, antichi Baroni Abruzzesi, su la quale posero tre rose d'argento, per concessione de' suoi principi normanni. Ora se si faccia eccezione delle tre rose fatte aggiungere forse dai principi normanni, parte per denotare l'eccellenza dei signori Valignani, parte per distinguerli dai Reali Normanni, lo stemma Valignano fino a Carlo V fu precisamente lo stemma dei Normanni. Ho detto fino a Carlo V perchè questo glorioso imperatore grato ai meriti e al valore di Giovanni Antonio Valignano, non solo lo creò cavaliere dello Sperone d'oro, e Conte Palatino, ma volle che sullo stemma per lui e suoi discendenti in infinito fosse aggiunta l'Aquila Imperiale, nera, di una testa sola, con coda ed ali aperte, stesi i piedi,becco aperto, rivolto a destra e corona d'oro in capo, e in forma di diadema il motto : decoravit integritatem et servavit odorem, e sopra della corazza e dell'elmo, un braccio levato al cielo con stretto in pugno un cerchio d'oro". (6)*

---

**Note:**

5.Stanislao De Angelis Corvi - Tre dimore storiche dal Metauro al Tronto
6.Bollettino di Torrevecchia - Enciclopedia Araldica Italiana e Memorie famiglia Valignano

**Seguono le prime due pagine dell'introduzione e l'ultima,
qui di seguito trascritte con intervento sul testo limitato alla modernizzazione della punteggiatura e allo scioglimento delle abbreviazioni.**







**ILLUSTRISSIMO DOMINO SUO**
**Don Ioanni Vincentio Valignano**
Petrus Spera Sanctae Anatoliae. S. P. D. (Salutem plurimam dicit)

*CUM maiorum meorum, Illustrissime domine, vestigia prosequi optimum fore existimarem, nolui non de me meisquè rebus periculum facere, sed cum nemo sit, in hac rerum universitate, qui ita ingenij splendore, atque virium robore tantum polleat, ut omnium sublatis praesidijs, firmo animo ad magna suscipienda facinora agrediatur: temeritati potius esset ad scribendum. Ipse enim cum te non solum publicè, privatequè rebus meis fovere cognoverim, sic hac tempestate in huius modi congressu te ducere quaeram. Tu enim omni vacans vitio, ita omnium virtutum opera exerces, ut minimè diiudicari possit, quid nam sit in te prestanrius artis militaris praestantia, an optimarum disciplinarum scientia, & cultus animi fortitudo an iustitia, & pietas, prudentia an laboris tolerantia.*

*Quo circa non immerito sit, ut te omnes omnibus in rebus admirentur, te literarum studiosi summopere colant, & venerentur: in te ducem fortissimum militares ordines coniectos oculos habeant, te duce, nihil ipsis arduum, aut dificile futurum arbitrantur, sed summam gloriam consecuturos sperant. Non vere or quin ab omnibus quibus me angustiatum esse cognoscis, pro tua singulari humanitate protegere digneris, solus enim ipse de manibus inimicorum incolumen reddidisti. Haec qualiacunque sint antiquorum phylosophorum medicorumquè placita, tibi numini meo dicata esse volui; cum te non solum patriae verum enimvero omnis virtutis decus, atque prorsus ornamentum esse conspiciam. Laeto igitur animo, quo tibi trado, eas suscipias oro, meque, ut soles, tuo semper patrocinio conserva. Vale.*

**Nell'ultima pagina del libro:** *Disputabuntur publicè in Almo Senensi Gymnasio, Mense Octobris, Die.XI & hora XIX. 1584*

**Segue una traduzione libera e da migliorare dove l'autore chiede protezione e dedica la sua opera al signorotto del tempo del suo paese nativo.**

**ALL'ILLUSTRISSIMO MIO SIGNORE**
**Don Giovanni Vincenzo Valignano**
Pietro Spera di Sant'Anatolia. Saluta!

*O illustrissimo signore, sebbene io consideri importante seguire le orme dei nostri padri, non vorrei mettere in pericolo la mia persona e i miei beni e, non essendoci nessuno, in questo universo di cose, che così per geniale intelligenza e per forza fisica, abbia tanto prestigio, che annullate le difese di tutti, con animo saldo si spinga ad intraprendere grandi azioni, sarebbe piuttosto preferibile scrivere. Io stesso, infatti, avendo presente che hai favorito i miei affari non solo pubblicamente ma anche privatamente, così ti supplico, in questa occasione, di guidarmi in un convegno di questo tipo. Tu infatti, privo di ogni difetto, metti in pratica tutte le virtù, e non puoi essere assolutamente giudicato da alcuno che non sia più illustre di te per eccellenza dell'arte militare, e conoscenza delle migliori discipline, cultura, forza di animo e giustizia, e bontà, buon senso e sopportazione della fatica.*

*Proprio per questo non è immeritevole che tutti ti considerino in ogni cosa, i letterati ti rendono grande onore e ti venerano, gli ordini militari ti ammirano come valorosissimo condottiero e, avendo te come guida, non prevedono un futuro arduo e difficoltoso ma sono certi che conseguiranno una grande gloria. In verità, poiché tu sai come io sia tormentato da parte di tutti, per la tua straordinaria umanità ti degnerai di proteggermi, infatti solamente tu mi puoi salvare dalle mani dei nemici. Tutti gli studi, di qualunque genere siano, i "dogmi antichi" (placita phylosophorum) e le "ricette" (placita medicorum), voglio che siano dedicate a te, mio protettore, riconoscendo che tu sei senza dubbio decoro e ornamento della patria e di ogni virtù. Dunque, con animo felice, affido a te, e ti imploro di raccogliere questa richiesta e, come sempre, mantienimi sotto la tua protezione. Stai in salute.*

**Nell'ultima pagina del libro:** *Sarà discusso pubblicamente nell'Almo Ginnasio di Siena, il giorno 11 ottobre 1584 alle ore 19.00 (7)*

---

**Note:**

7.L'introduzione è stata tradotta dalla prof.ssa Sabina Maniello

4. N XXI 2.

D. O. M.

# ASSERTIONES METHAPHYSICALES,

Aliarumq; Philoſophiæ, Medicinæque partium Ad Ariſtotelis, Galenique mentem, Ex illorum doctrina depromptæ

*A PETRO SPERA*

*Sanctæ Anatoliæ, publicè diſcutiendæ proponuntur.*



SENIS, Apud Lucam Bonettum. 1584.

*Cum licentia Superiorum.*

D. O. M.

# ASSERTIONES METHAPHYSICALES,

Aliarumq; Philoſophiæ, Medicinæque partium
Ad Ariſtotelis, Galenique mentem,
Ex illorum doctrina depromptæ

[illegible]

Sanctæ Academiæ publicè diſputandæ
proponuntur.



SENIS, Apud Lucam Bonettum. 1584.
Cum licentia Superiorum.

# ILLVSTRISSIMO DOMINO SVO D. Ioanni Vincentio Valignano.

*Petrus Spera Sancta Anatolia.* S. P. D.

CVM maiorum meorum Illuſtriſſime domine, veſtigia proſequi optimū fore exiſtimarem. Nolui non de me meiſquè rebus periculum facere; ſed cum nemo ſit, in hac rerū vniuerſitate, qui ita ingenij ſplendore, atq; viriū robore tantum polleat: vt omnium ſublatis præſidijs, firmo animo ad magna ſuſcipiēda facinora agrediatur: temeritati potius eſſet ad ſcribendum. Ipſe enim cùm te non ſolum publicè, priuatequè rebus meis fouere cognouerim, ſic hac tempeſtate in huiuſmodi congreſſu te ducem quæram. Tu enim omni vacans vitio, ita omnium virtutum opera exerces, vt minimè diiudicari poſsit, quid nā ſit in te preſtātius artis militaris præſtantia, an optimarum diſciplinarū ſcientia, & cultus animi fortitudo an iuſtitia, & pietas, prudentia an laboris tolerantia. Quo circa non immerito fit, vt te omnes omnibus in rebus admirentur, te literarum ſtudioſi ſummopere colant, & venerentur: in te ducem fortiſsimum militares ordines coniectos oculos habeant; te duce, nihil ipſis arduum, aut dificile futurum arbitantur, ſed ſummam

gloriam conſecuturos ſperant. Non vereor quin in omnibus quibus me anguſtiatum eſſe cognoſcis, pro tua ſingulari humanitate protegere digneris; ſolus enim ipſe de manibus inimicorum incolumen rediſti. Hæc qualiacunque ſint antiquorum phyloſophorum medicorumque placita, tibi numini meo dicata eſſe volui; cum te non ſolum patriæ verum enim vero omnis virtutis decus, atque prorſus ornamentum eſſe conſpiciam. Læto igitur animo, quo tibi trado, eas ſuſcipias oro; meque vt ſoles tuo ſemper patrocinio conſerua. Vale.

1 QUæcunque ſub mũdiali machina cõtinẽtur, ſuapte natura bonum expetunt hoc autem eſt, ipſa felicitas, quæ in ſpeculatione continetur, perficitur ſpeculatio, tribus adeptis ſcientiis, harum præſtantiſſima eſt methaphyſica.

2 Tres autem, quæ realiter inter ſe differunt ſcientiæ, methaphyſica, phyſica, ac mathematica, omnem contẽplandi, ſpeculandiq́; habitum amplectuntur.

3 Hæc eſt enim cuius ſub ambitu omnia cõtinentur entia, perfecta, imperfecta, coruptibilia, & incoruptibilia, creata, & increata.

4 Cum autem talem ſpeculandi modum habeat, iure optimo dicimus eius ſubiectum eſſe, ens in quantum ens, non intelligentiæ, nec ſummus opifex.

5 Sub nectimus problematice poſſe tueri ſubiectum eſſe ens compoſitum.

6 Innata eſt via, vt homines, ipſum ſcire proſequãtur, ideò maxima ineſt ſenſuum delectio, viſum magis diligimus cum ad ſcientiam plurimum capeſſendam conducat.

7 Bruta animalia quæ experimento carẽt, nullum prudentiæ habitum retinent.

8 Senſus memoriam facit, vt per experimentum ſcientiam acquiramus.

9 Ars quæ circa particularia verſatur, poteſt tamen vniuerſalia conſiderare.

10 Cum metaphyſicum omnia conſiderare dicimus; non ob id aliarum ſcientiarum, atque artium, non relinquitur ſpeculatio.

11 *Sapientia quæ vere diuinorum eſt poſſeſsio: ab homini- veritatem quærentibus acquiritur.*

12 *Rerum cognoſcendarum difficultatem, non arguit earum eſſentia ſed noſtri intellectus imbecilitas.*

13 *In quolibet cauſarum genere datur, ſtatus, nec licet, in infinitum tranſire.*

14 *Logica quæ de ſecundis eſt intentionibus, ordine doctrinę prior eſt alijs.*

15 *Circa vnum quodq; dubitare, multum confert, cum veritatis inueniendę gratia, id ſit.*

16 *Bonum, finis, in quibus non reperitur; nec motus, aut mutatio ſunt, niſi ſub vniuerſali quadam ratione.*

17 *Primorum principiorum, atq; formarum conſideratio, ipſius primæ ſcientiæ eſt.*

18 *Vna eſt ſcientia, quę ambitu ſuo omnia ſubſtantiarum genera conſiderat.*

19 *Peripatetice loquendo, non concedimus, niſi ſenſibiles ſubſtantias plures, contineri, ſub vna ſpecie.*

20 *Mathematicę diſciplinę, abſtrahunt à ſenſibilibus, ſecundum noſtram conſiderationem.*

21 *Corruptibilium, & incorruptibilium, eadem aſsignamus principia.*

22 *Ens à methaphyſico conſideratum, à cęteris prædicamentis diſtinctum habet conceptum.*

23 *Affirmamus, ipſum nō vniuoce, vel equiuoçe dici, ſed analogice, vel ab vno, & ad vnum.*

24 *Ens, & vnum, verum; bonum; ſubiecto, nec adunt, vel minunt; idem enim ſignificant, faciunt indiuiſum à ſe, et diuiſum à quolibet alio.*

25 *Methaphyſica, & dialectica, vnum commune habent, vt circa idem verſentur.*

26 *Prima principia, cum clara, perſpicuaq́ ſint, indemoſtrabilia ſunt.*

27 *Potentia intellectiua, cum de ſe limitata, terminataq́ ſit non poteſt plura ſimul intelligere.*

28 *Affirmantes contradictoria eſſe ſimul vera, deſtruunt, eſſentialem prædicationem.*

29 *Scientia conſiderans ens in quantum ens, debet conſiderare, & nominum diſtinctionem.*

30 *Principio cum multa complectantur, dicitur abſolutè tamen de fine.*

31 *Neceſſarij definitio, cum per notiora ſit tradita, eſt bene aßignata.*

32 *Ens quòd tranſcendens eſt prædicatum, prima ſui diuiſione diuiditur, in decem prædicamenta.*

33 *Subſtantiæ differentia, eſt qualitas.*

34 *Relatio cum ſit ens reale, non diſtinguitur realiter à ſuo fundamento.*

35 *Definitio quæ rei aſſentiam exprimit, habet partes, quæ de ipſa per ſe prædicantur.*

36 *Accidentia in ſubiecto poſita, de ipſo per ſe prædicari poſſunt.*

37 *Species per quã definitio habetur, ex genere, & differentia conſtatur.*

38 *Accidentia numeralem habentia differentiam, eiuſdem ſpeciei ſubiecto, nequeunt conſiſtere.*

39 *Naturali potentia actiuæ oponitur paßiua, actus & po-*

tentia, in omni ſunt prædicamento.

40 *Particulares ſcientiæ nullam faciunt mentionem, de quod quid eſt.*

41 *Tripartita illa diuiſio ſcientiarum, ſatis ſufficienter eſt aſſignata, vnde valeant moderni dicentes, vnam conſcientiæ merito adiſcentium diuerſam cõmoditatis gratia.*

42 *Certiſſima ſcientia, nunquã de ente per accidens dicitur.*

43 *Subſtantia quæ primum dicitur ens, reliqua vero ſecundario, ideo talium inhærentia, eſt earum eſſentia.*

44 *Subſtantia, reliqua entia, natura, tempore, perfectione antecedit.*

45 *Illud quod quid eſt, nõ diuerſificatur ab eo cuius eſt, quod quid erat eſſe.*

46 *Forma quæ dicit totam rei aſſentiam, non admittit in ſe materiam, aliquam habere portionem.*

47 *Quæ generantur, alia caſu, alia ex propagatione, non tamen ſpecie differunt.*

48 *In dubium reuocamus, vtrum differant ſpecie.*

49 *Quæ ex ſemine generantur, nequeunt aliunde prodire, quicquid falſo aſſerat Auicenna.*

50 *Compoſitum quod ex materia, & forma conſtatur, ipſum vere ac primo generatur.*

51 *Quod indiuiduatur, per materiam indiuiduatur, cum forma vniuerſalitatis ſit cauſa.*

52 *Vtrum tamen forma ſit principium indiuiduationis, problematice tenemus.*

53 *Nulla formæ pars reperitur, in his quæ de nouo ortũ habẽt*

54 *Definitio eſt oratio longa habens partes & partes, quæ ſunt toto priores.*

55 Accidentia & ſi careant materia quæ ingreditur eius cõpoſitionem, tamen habent ſecundum quandã analogiã.

56 Subſtantialis forma nõ iungitur materiæ per aliquod medium principale, ſed per diſpoſitiuum.

57 Non repugnat, immo fieri poteſt, vt potentia actiua præcedat ipſum actum.

58 Non omne poßibile eſſe oportet, ſed quædam ſunt poßibilia, quæ nunquam erunt.

59 Rationalis potentia, quæ ad oppoſita ſe habet, determinatur ad vnum per electionem atque voluntatem.

60 Actus ſecundum ſpeciem, & ſimpliciter ſimul tempore eſt cum potentia, indiuidui autem actus potentia ſua poſterior, actus tamen ſecundum ſpeciem prior eſt potentia indiuidui.

61 Actus vero præcedit potentiam ſecundum rationem & notitiam, ſimpliciter & quo ad nos, dignitate, & perfectione.

62 Circa quod quid eſt, per accidens contingit deceptio, circa ſubſtantias abſtractas non contingit deceptio, quia aut ſimpliciter intelliguntur, aut ignorantur penitus.

63 Uni quod numeri eſt principium, primo & eſſentialiter conuenit ratio menſuræ, & per ipſum omnibus alijs.

64 Prima cauſa, ſicut Deus, omnium rerum eſt menſura, extrinſeca tamen, & ſecundum quandam ſimilitudinem.

65 Contraria habent fieri circa idem ſubiectum varijs diſpoſitionibus affectum.

66 Medium ſecundum formam, quod componitur formaliter ex extremis, eiuſdem eſt generis cum extremis, quòd

*per priuationem nequaquam.*

67 *Corruptibile & incorruptibile logico differunt genere, nec in vno conueniunt genere.*

68 *Abſtractarum ſubſtantiarum probatio ad phyloſophũ naturalem ſpectat, metaphiſici eſt illas contemplare contrarium problematice tenemus.*

69 *Præter ſubſtantias æternas & corruptibiles, neceſſe eſt dari aliquã ſubſtantiam æternam ac perpetuam.*

70 *Prima ſubſtantia ſimpliciter, cum ſit perfectiſſima, expers eſt cuiuslibet potentia paſſiuæ eſt in ea actiua potentia, quæ ſua eſt ſubſtantia.*

71 *Prima ſubſtantia eſt ſimpliciter, & omnino immobilis.*

72 *Primus motor mouet per modum finis & appetibilis, cum ſit omnino immobilis.*

73 *Primum mouens nõ immediate mouet primum mobile. benè autem excellentius intelligit motum.*

74 *Deus eſt omnino ſimplex, nullam in ſe habens prorſus compoſitionem.*

75 *Deus non tantum ſeipſum intelligit, ſed alia verũ nobiliori modo, nec eorum intellectione perficitur.*

76 *Vnus tantum princeps, qui ſummus eſt opifex, toti vniuerſæ principatur ac præeſt.*

77 *Nec plures nec pauciores poſſent eſſe mundi, cum ex tota conſtet materia.*

78 VOlens Ariſtotelis Philoſophiæ parens, rerum naturalium ſcientiam tradere a ſummis illis tribus principijs, eſt auſpicatus ſcilicet materia, forma, & priuatione.

79 Naturalis phyloſophiæ ſubiectum, corpus naturale, ea ratione qua naturale poſuit, tãquã peculiare & adequatũ

80 Inueſtigatur hoc, ex quatuor illis cauſarũ generibus, quæ deſeruiunt, ad perpetuam rei cognitionem.

81 Quorumquidem cognitio, cum dificilis, tum ardua ſit, naniſcitur ex rebus vniuerſalibus, quæ quidem prima fronte cognoſcuntur, ſunt autem ſpecies ſpecialiſsime.

82 Utrum tamen primum cognitum, ſit magis vniuerſale, vel indiuiduum, in dubium refero.

83 Hæc autem principia. l. a multis concul centur, omnibus tamen occurit, doctiſsimus Ariſtotel.

84 Finita, vel infinita non ſunt, in ſe ipſa conſiderata: ſubſtantia. l. quantitate terminetur, & diuidatur, non tamen in infinitum tendit.

85 Quæ cũ plures habeat partes, non videtur rationi conſonũ illã diuerſam eſſe à ſuis partibus cõponentibus realiter.

86 Tria enim principia, nõ fiunt ex alijs, nec ad inuicem, & ſunt contraria, vt habitus & priuatio.

87 Horum materia prima, eſt ſubiectum, & reponitur in genere entium, & ipſa eſt ſubſtantia.

88 Priuatio licet nihil poſitiuum dicat, tamen à principijs non remouemus.

89 *Materia prima, cum ſit pura potentia, fatendum eſt, eſſe eius eſſentiam, & per poſſe ſubſtantiari.*

90 *Quæ neque corruptibilis, neq́ generabilis eſt; ſemperq́ appetit formæ copulari, vt ab ea perficiatur.*

91 *Naturalia, alia ſunt a natura, alia ab alijs cauſis; congrua eſt tradita definitio naturæ, quæ motus, quietiſq́ eſt principium.*

92 *Forma atq́ materia cum ad quodlibet naturæ opus concurrant, merito naturæ nomen ſibi adſcripſerunt.*

93 *Definitio quòd quid erat eſſe declarans, plures habet partes, illas omnes formales.*

94 *Sublunaria quæ ſuperis contigua ſunt lationibus, caſum fortunamq́ recipiũt: lõge diſtant ab his cæleſtia corpora*

95 *Fortuna atq́ caſus naturales non ſunt cauſæ, ſed per accidens naturalẽ tamen conſiderationẽ non deſpiciũt.*

96 *Natura omnium procreatrix, in ſuis actionibus finem reſpicit; fruſtratur aliquando à ſuo fine, non talia efficere intendens.*

97 *Natura quæ per motum definitur, non eſt inconueniens, vt ipſa ignoretur, ſi motus non ſit manifeſtus.*

98 *Cognoſcimus motum per ſuam definitionem, quæ eſt actus entis impotentia prout impotentia, non propter hoc negamus; quin reliq́ aliæ motus definitiones, magis ad naturalem ſpeculationem accedant.*

99 *Ad motum efficiendum, plura requiruntur, vt mouens, quod mouetur, & in quo mouetur, ipſe autem non immouente permanet, ſed in moto.*

100 *Actio & paſsio quæ non realiter diſtinguntur in vno*

*prædicamento nō ſunt.*

101 *Motus, & terminus ad quē non variant rationem, ideo identificantur.*

102 *Infinitum à naturali phyloſopho cognoſcitur, cognitione tamen deſtructiua, cum ſit quædam priuatio.*

103 *Dicimus tamen poſito infinito quòd repugnat, principij tamen rationem haberet.*

104 *Eterna quæ penitus ſunt intranſmutabilia, in eis non difert eſſe à poſſe.*

105 *Quæ per appoſitionem augentur, ad infinitum difficulter perueniunt.*

106 *Entia quæ in multiplici ſunt differentia, non omnia loco indigent.*

107. *Locus qui quidem locato proportionatur, illum fouet, atq; conſeruat.*

108 *Locus cum ſit vltimum continentis, nempe ipſa ſuperficies, in quantitatis prædicamento reponimus.*

109 *Stabilis eſt, nec motionem aliquam exercet. Llocatum ſit in motu.*

110 *Terra quæ omnium elementorum grauiſſima eſt, locus ei naturalis eſt, aquæ ſuperficies, ſic de aere.*

111 *Ignis omnium leuiſſimus, naturalis locus concauum eſt orbis lunæ.*

112 *Cælum cum ambitu ſuo omnia complectatur, non eſt dicendum illum indigere loco.*

113 *Utrum tamen cælum ſit in loco, problematice aſſerimus*

114 *Uacuum quod loco priuationis cùm habet, natura refugit nec illum permanere patitur;*

115 *Tempus optimè definitum cenſemus, cum numerum motus per prius ac poſterius eſſe dixerunt.*

116 *In tempore reperitur inſtans, quod finis præteriti, futuriq; principium eſt, nunc & in omni tempore, diuerſitatem nullam habuit.*

117 *Quiditas ſeu ratio ipſius temporis, non ad extra, ſed in ipſa anima reponitur.*

118 *Quæ ad inuicem coniuncta copulataq; manent, vt vnum in alio reſideat, ſi vnum mouetur & reliquum, per accidens tamen.*

119 *Quæ generantur, & corrumpuntur, non abſq; motu id efficiunt, nõ autē ipſa generatio motus eſt, atq; mutatio.*

120 *Utrum tamen generatio fiat in tempore, problematice tenemus.*

121 *Forma motum largiens, non diuerſificatur a principio ad finem.*

122 *Motus tunc ſunt contrarij, cum ad diuerſos motus terminos tendant, atq; contrarios.*

123 *Quies motus priuatio, non contrariatur motui, niſi vt habitus & priuatio.*

124 *Continuum naturali ratione, cum ex nihilo non componatur, ita non fit ex indiuiſibilibus.*

125 *Motus & magnitudo ſunt eiusdem rationis, quantum ad compoſitionem ex indiuiſibilibus.*

126 *Motus habens velocitatem & tarditatem, non poteſt per indiuiſibile moueri.l.tardius & velocius.*

127 *Tempus & magnitudo, circa finitum, & infinitum, ad inuicem ſe conſequuntur.*

128 Cuncta quæ moueri ac quieſcere valent, in ſe diuiſionem recipere poſſunt.

129 Quæ localiter mouentur, diuerſos permutant locos per totum tempus motionis.

130 Quodcunq; mouetur, nõ habens intrinſecum principium motus, non poteſt à ſe moueri.

131 Localis motus non ſeparat à ſe motorem, ſed concomitantur ſimul.

132 Alteratio quæ ſenſibilia alterat, non tendit ad quartã, nec ad primam qualitatis ſpeciem.

133 Primi æterniq; motus indagatio, non nullam ad primum motorem cognoſcendum, vtilitatem præſtat.

134 Motus infinitatem, æternitatemq; a qualibet ſui parte, eſt adeptus.

135 Eternus motus pendet à mouente, ſicut ab agente & efficiente.

136. Quod augetur, non continue auctionis opus exercet, ſed tota ſimul cõſpicitur.

137. Rationes quas aliqui ex Ariſtot. ſententia, à principio octaui phyſicorum, nullius ſunt momenti, ad tollendam mundi creationem, hoc totum phyſicæ loquendo.

138 Ponimus ex Ariſtotelis ſententia, ſimplicem emanationem, ab æterno, nec deum ipſam præcedere niſi natura.

139 Verũ in Ariſtotelis doctrina, hoc in dubium reuocamus

140 Grauium vel leuium motus, non à ſeipſis abſolute, ſed ad minimũ, à generatiuis & remouentis.

141 Dicimus in rerum natura, neceſſario eſſe mouentem immobilem penitus.

142 *Intelligentiæ celeſtium corporum motrices, non mouentur per accidens.*

143 *Utrum autem ipſe informantes ſint forme, problematice tuemur.*

144 *Motus qui per reflexionem cauſantur, non habent continuitatem, ſed alter eſt motus.*

145 *Circularis motus cum termino careat, planè infinitum, perpetuumq́ ponimus.*

146 *Falſam, & ab Ariſtotelis doctrinam remotam, illorum cenſemus ſententiam dicentiũ, mundi ſeu motus eternitatem, naturalibus rationibus remouerę poſſe.*

147 *Primus motor qui tum extenſiue, tum intenſiue eſt infinitus, nulli eſt aplicatus orbi.*

148 *Cum nemo ſit, qui eius potentiam limitare potuit, ideo vigoris eſſe infiniti.*

149 *In ſuis actionibus libere, & ab omni vinculo ſolutus operatur, non ex neceſſitate naturæ, vt perperam aliqui crediderunt.*

150 *Ipſe enim a nullo dependet, ſed tota natura ab ipſo, tum in fieri tum in conſeruari.*

## *DE COELO.*

151 *Subiectum in libris de cælo eſt corpus ſimplex, non vniuerſum, nec corpus mobile; nec dicendum vnum eſſe agregationis, genericum alterum & ſecundum prædicationem.*

152 *Celeſtium corporum naturalis eſt ſcientia, non tamen fatemur aſtrologos, circa huiuſmodi corpora non poſſe uerſari.*

154 Naturalium omnium corporum magnitudines, atq; dimenſiones, naturalis phyloſophus conſiderat, quod tamen mathematicus facit, diſpari ratione.

155 Naturalia omnia pluribus, paucioribusuè tribus nõ gaudent dimenſionibus.

156 Uninerſum ſimpliciter, & nullo circum ſcripto prolatum, perfectum cenſendum eſt.

157 Cœlum quod alterius eſt naturæ à quatuor elementis, per ſe, ſecundum locum naturaliter mouetur.

158 Mixta & illa quidem inanimata, quæ vno ſimplici motu mouentur, non à ſe, ſed ab elemento prædominante.

159 Cæleſtia corpora nullum cum inferioribus, intercedit vinculum, vt eandem valeant participare naturam.

160 Ideò multum erraſſe Ægidium, hinc facile cõſpicere poſſumus; cœlũ ex infera cõpactum eſſe, atq; cõſtare materia

161 Cœleſte corpus nullam, neq; grauitatem neq; leuitatem recipere poteſt.

162 Cœlum generationis atq; corruptionis eſt expers, ipſum inalterabile & inaugmentabile eſt.

163 Circularis motus contrario vacat, cum nec rectus nec circularis ſibi opponantur.

164 Corruptibile & ex ſe a nullo ſecundum totum poteſt perpetuari.

165 Cœlum non immerito dei ſedem antiqui crediderunt, id totum propter ſui nobilitatem atq; præſtantiam.

166 Cœleſte corpus omni contrarietate carens, abſq; vlla labore & reſiſtentia, à non erranti intelligentia mouetur.

167 Sex tantum eſſe motus differentias, ſurſum, deorſum,

*ante, retro, dextrum; & ſiniſtrum.*

168 *Dicimus quinetiam cæleſte corpus eſſe animatum, non anima intellectiua nec ſenſitiua, ſed tantum mouente & aßiſtente.*

169 *Cæleſtis motus non eſt modo ſic, modo diuerſus, ſed regularis ſemper, & vniformis.*

170 *Motus velocitas, atq; luminis actiuitas ſatis ſunt, ad calorem in rebus excitandum.*

171 *Perfectio vniuerſi, completur, ex quatuor elementorum exiſtentia.*

172 *Terræ ſtabilitatem, ob cæli motum factam eſſe tenemus ac materialem formalemq; motus cauſam.*

173 *Sol & cætera aſtra, quæ alicuius ſenſibilitatis ſunt magnitudinis, per radiorum attritionem, infera, calefaciũt*

174 *Aſtra quæcunq; illa ſint, quantum ex ſe eſt, nullam habent frigiditatem, & tertium illud iſtrumentum, quo operantur, phyſice loquendo non concedimus.*

175 *Vtrum tamen detur influxus, cælorum, in dubium reuocamus.*

176 *Stellæ non mouentur vt piſces in aqua, vel vagantes per orbem, vt falsò aſſerunt, ſed fixæ permanent.*

177 *Diuerſitas quæ in lunari corpore cõſpicitur, ex eius partium denſitate raritateq; apparet.*

178 *Lunæ lumen, quantum ex ſe eſt, diminute apparet, à ſole tamen mutuatur non per reflexionem.*

179 *Aſtra tum vnius tum alterius orbis, inter ſe ſpecie differunt.*

180 *Cæleſtia corpora cum mouentur, nullum ſonorum genus*

eduntur; vnde valeat pytagorẽ eorum ſententia, exiſtimans armoniam quandam ab illis prodire.

181 Non enim propter intercapedinem & diſtantiam, aut ſenſoris improportionatã ſenſactionem percipiũtur.

182 Exemplum ab infantibus petitum, nullius eſt momenti ſed ad alias retulimus cauſas.

183 Equidiſtantiam, terre eſſe quietem affirmamus, nec eius

184 grauitatem aliunde prouenire priuatiue loquendo.

185 Terra quæ craſſum ponderoſumq; eſt elementum, Spherica figura eſt ornata.

186 Vnumquodq; ſimplicium corporum, motus potentiam habet, terra ad centrum, aqua & aer aſcendunt, & deſcendunt, ſolus ignis ſimpliciter aſcendit.

187 Ignis marceſcit atq; putreſcit; ſicut & cætera elementa, ſecus eſt cum in proprio permanet loco.

188 Ignis in ſua ſphera violentem habet motum, cum præter inclinationem moueatur.

189 Problematicè tenemus, vtrum ignis violenter moueatur.

190 Elementa propria naturaliq; figura, nec à natura nec à ſemetipſis ſunt exornata.

191 Elementa vno excepto igne, cum in proprio reſident loco, non nihil grauitatis habent, quæ alioquin ad motum quædam eſt promptitudo.

192 Figura diuerſitas multum confert, ad motus velocitatem & tarditatem.

## EX METHEOROLOGICORUM LIBRIS.

193 Metheorologicarum ſcientia naturalis eſt, difficilis tamen, propter rei cauſarum ignorantiam.

194 *Mundus inferior ſuperis eſt contiguus lationibus, vt tota eius virtus inde gubernetur.*

195 *Mundialem machinam, aere atq; alijs eſſe plenam elementis, vt vacuum è medio tollatur, nec cœli naturam eſſe igneam.*

196 *Opiniones, artes, ex Ariſtotelis ſententia, infinities corrumpuntur, ac generantur.*

197 *Aer calidus & humidus, triplicem habet regionem, inter primam & tertiam ſecunda mediat, quã ex radiorum ſolis reflexione, ad angulos vel rectos vel acutos cognoſcimus.*

198 *Ab elementis aliquod attollere poſſe cõſpicimus, illud craſſum eſt atq; tenue.*

199 *Eſtus & frigura, aceſſu & receſſu ſolis fiunt, & corrũpuntur, nec lunæ aliorumq; aſtrorum beneficio, huius propter motus tarditatem illorum propter nimiam diſtantiam prouenit.*

200 *Valeat ergo Auicenas dicens, ſub equinotiali circulo temperatam eſſe regionem, nec excedere in caliditate.*

201 *Inferarum rerum mutationem, luna ac ſol vniuerſales ſunt cauſæ, cætera aſtra ad particularia deſcendunt.*

202 *Metheorologicæ impreßiones ex duplici reſultant materia, vaporoſa ſcilicet & exalatione.*

203 *Multa ac varia ingitarum impreßionum genera ex Hypecaumate fiunt: non tamen ſpecie differunt, ſed alteritate quadam.*

204 *Ignite impreßiones cum naturalem habeant generationem, naturalemq; etiam motum.*

205 *Omnium phaſmatum genera, etiã naturaliter loquendo aliquid boni mali protendunt.*

206 *Cometa nullus, aut fixarum ſtellarum eſt aliqua, aut errantium; vt perpera antiqui ſunt oppinati, ſed Hypocauma eſt inſlammabile.*

207 *Huiusmodi Hypecauma non eſt ſemper exalatio ſicca, ſed admixta humido aereo vnctuoſo, in debita quantitate, ne extinguatur.*

208 *Cometa nullus caſu fit, ſed cauſam habet, tum efficientẽ tum conſeruantem, vt ſol & aſtra.*

209 *Locus cometæ eſt vel ſuprema vel infera pars tertiæ aeris regionis, mouetur q; ad eius motum.*

210 *Quæ ex cometarum aparitione prædicuntur, multa ſunt ſi ad diuerſos fines conſpiciamus, bonum eſt quia generationem reſpicit, quæ ex ſe bona eſt.*

211 *Vere & ex Ariſtotelis ſententia aliud non portendit, niſi calorem, & ſiccitatem, vel ventorum generationem.*

212 *Falſam illorum ſententiam cenſemus, dicentium regum mortem, vel bellorum copias prædicere.*

213 *Lacteus circulus, à varijs nominibus ſic nuncupatus, neq̃ vna eſt, errantium ſtellarum, nec earum lumen refractum, nec aliqua aduſta via, vel vt de ſætonte imperite fabulantur.*

214 *Probabilior eſt Ariſtotelis ſententia, qui exalationem à ſporadeo circulo eleuatam eſſe dixit: & ab eo quidem circulo fulgentiſſimis ornato ſtellis, cometarum more actractus.*

215 *Vtrum autem hoc ſit verùm, problematicè tuemur.*

216 *Media regio ad vaporum ſuſceptionẽ eſt idonea, ex quibus aquea omnia procreantur.*

217 *Huiuſmodi aeris regio, propter rerum calefacientium carentiam, priuatiuè eſt frigida, poſitiuè à rebus exiſtentibus & antipariſtiſi.*

218 *Eſt etiam pro diuerſitate locorum inequalis; ſub equinoctiali anguſta eſt, in polis nullo pacto coſpicitur, propter caloris inopiam.*

219 *Caligo quæ nubis eſt excrementum, ſerenitatis eſt ſignũ, cum ſit nubis ſterilis.*

220 *Aquearum impreſsiones, ſub octonario numero continentur, caliginem aut criſtallũ, ex illis genituro reicimus.*

221 *Omnes huiuſmodi impreſsiones non ſpecie differunt, ſed numero tantum, velut mas & fœmina.*

222 *Licet mel, ros, & manna, vnum commune roridum habeant, tamen illud terreſtre ſiccum eſt ignotum, quantũ ad proportionem, ideo ſpecie differunt.*

223 *Aqua quæ frigidum & humidum eſt elementum fluuios gignit, illos quidem non ex pluta aqua, iterum in cauitatibus repoſita, foris decurrens.*

224 *Decipiuntur etiam dicentes, amnes atq; fontes ab oceano, vel alio prouenire mari.*

225 Nos autem cum *Ariſtotele dicimus, hoc ex aqueo vapore in cauitatibus detento & propter continuam aeris ibi degintis corruptionem fieri.*

226 *Hinc fluuiorum perennitas atq; fontium, quæ moſtruoſa aliquando videntur, tum varios edunt effectus.*

227 *Mare præ ſua magnitudine, totũ aquæ elementum eſſe*

videtur ſalſo infectum ſapore, propter vaporum attenuationem, nec non ex plutatum aquarum, vel nubium excrementis.

228 Non terræ excolamentum, nec ſudor; quod quidem maximè capacitatis exiſtens fluit, atq; erutinatur, obiere ambientis anguſtiam.

229 Oceani autem eſtus, non propter varias loci eminentias, nec ventorum agitationem, ſed lunæ tantum influxus, per varios cœli angulos emiſſos. hoc tamen problematicè etiam ponimus.

230 Maris locum terræ ſuperficiem aeriq; cõuexam dicimus; ad quem omnes labuntur fluui; quodquidem nunquã ſenſibiliter creſcit, aut deminuitur.

231 Venti qui exalatio calida ſunt & ſicca, a ſole eleuata formam habent: quæ hucusq; nomine caret.

232 Generantur in media aeris regione, qui ab affecto generantis vel alio obſiſtente propelluntur.

233 Terra cum plurimis ſit referta cauitatibus, plures ac ingentes patitur quaſſationes, ac tremores, hi terremotus dicuntur.

234 Terræmotus autem eſt exalatio calida & ſicca, multum habens terreſtre, quæ petens exitum terram concutit; hinc varii audiuntur ſonitus & flatus, ex quibus multa prædicuntur, de annone fertilitate, alia multa ſunt quæ diſputatibus relinquo.

235 Tonitruum, corruſcatio, ecnephyas, praſter, & thypho eandem habent materiam, differunt tamen diuerſa propulſione, variiſq; etiam effectibus.

236 Tiphon circularis eſt ventus, à duabus nubibus lateraliter oppoſitis veniens, pulueres ac paleas eleuans.

237 Metheorologicè emphaſes quæ quatuor ſunt, non ex viſu ſed luminis refractione cauſantur.

238 Lumen autem cū non realiter ſit in medio, ſimilitudines coloris ſolis, non autem colores eſſe dicimus.

239 Iridis aliarumq; emphaſum colores ex vario aſpicientium ſitu ac aliorum concurrentium non vere habentur.

240 Liber qui perperam quartus metheororum inſcribitur, non eſt cum illis cōnumerandus, nec abſolute exſeſtat, ſed tertius eſt de generatione.

241 Foßibilia atq; metalla, inter metheorologicas cōnumerātur impreßiones.

242 Ex varia ſolis aliarumq; ſtellarum ad terram habitudine diuerſa horum genera oriuntur, hinc varias acceperunt complexiones.

243 Ex quo apparet falſam illorum opinionem dicentium, omnium metallorum materiam eſſe ſulphur & argentum viuum.

244 Poſſunt etiam multa metallorum genera arte fabricari, hæc autem ſunt mixta.

245 Affirmamus ex chymica arte verum aurum poſſe reparare, non poſſe ex natura liberationibus demoliri.

246 Ars chymica. l. multa commoda præſtare poßit, ut immutare metalla atq; gemmas, à republica tamen eſt arcenda.

247 Aurum per ipſam inuentum. l. vero ſimillimum, tamen non habet operationes, in medica facultate, propter eius

varias

variaſ conſtitutiones.

248 Demoſtrationes quas Ariſto. habet in tertio metheoro. omnes viſionem fieri extramittendo ſupponunt: omnia ibi contenta tuemur.

## EX MATHEMATICA DISCIPLINA.

249 Mathematica diſciplina, quæ propter ſuarum demonſtrationum certitudinem inter ſcientias cōnumeratur, licet ex Ariſtot. ſententia non ſit ſcientia; cum tot ſint ſcientiæ, quot ſunt ſubſtantiæ, ipſa autem nullam conſiderat ſubſtantiam.

250 Habet & ipſa ſubiectum, quòd magnitudinem ſeu quantitatem ſub ratione quæ magnitudo eſt, vt à motu eſt abſtracta eſſe dicimus.

251 Diuiditur autem, in geometriā, aritmethicam, & aſtrologiam, quæ ad inuicem ſubiecto differunt omnes tamen demoſtrandi modum eundem ſeruant.

252 Geometria omnia figurarum genera, angulos, ſuperficies & corpora quanta inueſtigat.

253 Geometrice ſeu mathematicæ demoſtrationes, cum & nobis & naturæ ſint notæ, nulla cadit dubitandi ratio ſolum ſupereſt, de circuli quadratura.

254 Circa huiuſmodi quadrandi modum, multi hinc inde tergiuerſantur, nos vna cum Ariſto. tenemus, hoc indicare difficultatem, non autem impoſsibilitatem; cum figura quælibet ad triangularem redigi poſsit: triangularis ad quadrangulum vt ex ſexto elementorum coſpici poteſt.

255 Aſtrologiam etiam in duas ſecamus partes, theoricam, quæ ſpherarum motus cognoſcit, atq; iudiciariam, quæ

*motuum habita ſcientia, de futurorum euentu multa prædicere fatetur.*

256 *Ex varijs motuum differentijs ſpherarum numerus fuit cognitus; vnde dicimus decem eſſe ſpheras, quæ citius & velotius pro orbium diuerſitate mouentur.*

257 *Unaquæq; autem ſperarum diuerſis mouetur motibus diurno ſcilicet a primo mobili motu raptus nec non etiã motu proprio.*

258 *Nec hi duo motus ſatis ſunt, ſed plures conſpicimus, vnde neceſſitas coegit, epiciclos ponere, eccentricos, atq; cõcentricos, propter remotionem & ſtelle propinquitatem.*

259 *Ex motuum cognitione, varios lunæ ſoliſq; futuros defectus prædicunt; ſciunt enim per ſupputationes futuros ſolem atq; lunam aſpicientes, ad inuicem in nouilunio in capite & cauda draconis, eſſe ecclypſim paſſuros.*

260 *Quod autem alia ex parte ſcire magnopere cupiunt, quid ex huiuſmodi, tum coniunctionibus, tum oppoſitionibus alijſq; poſitionum differentijs, boni maliue in hominis vita euenire debeat hoc totum curioſitati quam veritati propinquum.*

261 *Ex quo fatemur, aſtrologorum iudicia, de futuris tum malis, omnia multum à veritate atq; Ariſto. ſententia longius vagare cum ſit quod omnia contingentia ſunt & in hominum voluntate poſita.*

262 *Nec pro horum inueſtigatione ad celeſtes influxus eſt refugiendũ, cum totũ naturali ratione perſcrutari poſſit. Hinc falſam illorum exiſtimamus ſententias, qui per manus lineationes, necnon numerorum con menſuratio-*

ne, ſub quadam poſitorum varietate, vt aritmetici, & geomantici ſciunt, ex his longitudinem breuitatemq́; vitæ, aliorumq́; prædicant euentus.

Nos vero ad naturalis cauſas id totum redigimus, cū hæc tum deceptoria, tum falſa ſint omnia adimus etiā quòd de planetarijs horis dicunt, in illis varias operum funtiones diuerſis rebus accomodatas eſſe faciendas vt commodius optata eueniant.

ASSERTIONES ANIMASTICAE.

263 Naturalis phyloſophus plurimas faciens conſiderationes, animæ ſpeculatio ceteras omnes ſuperat.

264 Cuius quidem ſpeculatio, non methaphyſica, non media, non mathematica, ſed naturalis abſolutè.

265 Hæc autem facultas ſubiecto non caret, ſed ipſum corpus animatum ſub ratione animati fabricauit.

266 Animæ ſubſtantia quoniam difficilem habet cognitionē non immeritò, accidentia ad eius quiditatem indagandam, multum conferunt.

267 Singularia quæ ſuapte natura ſunt imperceptibilia; ideo non de anima vt ſic, eſt agendū ſed de tota vniuerſaliter.

268 Habet plures paßiones & operationes, illasq́; nō proprias ſed cum habente admixtas.

269 Quæ autem antiquorum de ipſa extant ſententiæ, omnes pariter à veritate peripatetica, atq́; ipſius naturæ ratione, deuius ab errant.

270 Entis diuiſio, cum in ſubſtantiam & accidens, animam ſubſtantiam eſſe nec vllo modo accidens, nullus eſt peripateticus aliter ſentiens.

271 *Eaq́ non materia, non compoſitum, non operantis particularis actus, ſed ſimplex eſt forma.*

272 *Tradita deffinitio ipſius ab Ariſtotele, vt ſit actus primus corporis phyſici, & organici, ſatis cõmoda eſt atq́ congrua.*

273 *Anima corpori adherens, ipſum decorat, atq́ ex ambobus vnum per ſe reſultare videtur.*

274 *Animatũ ab inanimato diſtinguitur, cum ipſa ſit principium vegetandi, ſentiendi, viuendiq́.*

275 *Ipſa autem eſt tota in toto animali, & tota in qualibet corporis parte.*

276 *In anuloſis animalibus, nec non in plantis, eſt ipſa anima potentia plures, cum deciſa viuant, ſentiant, moueantur, augeantur, atq́ cum ſimilia generent.*

277

278 *Pluribus adepta eſt potentias, ab ipſa tanq́ ex lato fonte manantes, ab ipſa non realiter diſtinguntur.*

279 *Ipſius autem potentiæ, in vna quadam realitate non conueniunt, ſed potius differunt.*

280 *Senſus ad animalis vitam comode adminiſtrandam, in genere paßiuorum reponimus.*

281 *Naturaliſsimum opus viuentis eſt, poſſe ſibi ſimile generari, quòd ab ipſa prouenit vegetatiua.*

282 *Ab eadem enim nutimur, augmentum ſuſcipimus, contrarium horum praſtant: illius interitus à multiplici prouenit cauſa.*

283 *Senſibile quodcunq́ illud ſit, ſenſus reductium eſt de potentia ad actum.*

284 *Senſus debita ſeruata ſenſiendi ratione, non eſt dicendum*

poſſe decipi, circa proprium obiectum.

285 Lux non confert colori formam, vel habitum ad mouendum medium;

286 Lumen quòd diafani, eſt actus, non eſt corpus, ne vllam in ſe retinet magnitudinem.

287 Viſus ſenſuum nobiliſſimus, adequatum eius ſubiectum, colorem ſtatuimus.

288 Sonus ad varios aurium concentus excitandos accomodatus, tribus còncurrentibus cauſis generatur, percutiens percuſſio & medium.

289 Mollia corpora, pluribus ad ſonum excitandum, carentia medijs, nequeunt ſonum facere: cum in medio non poſſint agere.

290 Sonus realiter eſt in medio aere, tanquã in proprio ſubiecto; non autem in corporibus ſonantibus.

291 Cuncta animantia odorem aliquo pacto ſenſientia, in odoris perceptione longe admodum hominem præſtant.

292 Diſcrepat verus ſonus ab eccho, quod reflexe fit & poſt primam aeris medij percuſſionem.

293 Odor pro ſuo ſubiecto non medium requirit ad hoc vt realiter ibi permanere poſſit.

294 Quæcunque ſint animantia, reſpirantia vel nõ reſpirantia eundem retinent odoratum.

295 Tactus cum vnum ſubiecti genus non habeat, plures eſſe ſtatuimus.

296 Non implicare videtur, ſi ex tactus bonitate, aliquando intellectus temperiem ac diſpoſitionem cognoſcimus.

297 In tactu ſemper aerem, vel aquã, vel aliquid aliud, ſecun-

dum tangentis & tactus proportionẽ mediare aſſerimus

298 Senſibile ſupra ſenſum poſitum, perceptibilem non cauſat ſenſationem.

299 Excedens atq; improportionatum ſenſibile, multoties cõtingit vt ſenſationem corrumpat.

300 Senſuum numerus non vltra quinarium ſe extendit; ideo errãt concedentes ſextum ſenſum illumq; in veneris cõtugis poſitum eſſe.

301 Particularis ſenſus materia adumbratus, operationem nequit cognoſcere ſuam.

302 Intellectum omnem à naturali ſpeculatione non remouemus; nec contraria Ariſtotelis loquimur.

303 Patiuntur intellectus aliqui, non omnes, ab ipſis intelligibilibus.

304 Ponimus quin etiam interſtitium inter rem receptam atq; recipientem, vt cõmodius poſſit fieri intellectio.

305 Humana informat corpora, ad munera obeunda, promptiora redens.

306 Non tamen ob id ipſum eſſe aſſiſtentem negamus.

307 Poſſibilis intellectus cum ſit pura potentia, & omnia intelligibilia admittat, ideo dicimus ſeipſum poſſe intelligere.

308 Intellectiones quas indiuidua intelligunt, numericam admittunt intellectionem.

309 Materialis intellectus abſtractas ſubſtantias intelligit; hoc autem non repugnanter.

310 Fantaſia quæ ſenſus eſt interior, actiuũ eſt principium ſpeciei intelligibilis.

311 *Intelligilis ſpecies adhuc qualibet ceſſante intellectione, remanent tamen in intellectu.*

312 *Scientia ac ſpecies intelligibilis reiſcite, nullam habent diuerſitatem.*

313 *Noſter intellectus procliuis eſt ad intelligendam materialem ſubſtantiam, per eius propriam ſpeciem.*

314 *Simpliciter neceſſarium eſſe, affirmare, agentem intellectum reperiri, ſecus non poſſet fieri intellectio.*

315 *Non ens. l. cum difficultate intelligatur, non eſt tamen impoßibiles eius intellectio.*

316 *Humana mens corpori copulata, nequit ſuam abſq; fantaſmate exercere intellectionem.*

317 *Guſtus tactusuè, ad omnia animantium genera, vitam degentia, ſimpliciter ſunt neceſſarij.*

318 *Uiuens aliquando ad ſtatus temporis peruenit, in quo nõ augetur nec diminuitur.*

319 *Naturalis philoſophus meritò, poſt animaſticam conſiderationem, quæ animali ſecundam varias ſenſationes occurrunt veſtigat.*

320 *Ideo ſubiectum in hac facultate animal vt communibus animæ, & corporis ſubijcitur paßionibus ſtatuimus.*

321 *Surditas atq; linguæ obmutilatio, paßiones ſunt, ſe ipſas inſequentes, non conuertibiles.*

322 *Ideo affirmamus ſurdum à natiuitate, aliquod locutionis genus, exprimere non poſſe.*

323 *Oculus membrum optimè leuigatum dicimus: non obſtat aliquid quin fulgorem poßit conſpicere ſuum.*

324 *Aparitionem ſeu formam quã in oculo conſpicimus, non*

eſſe viſionem cenſemus.

325 Viſiuam animam, in toto oculo reponimus, ab extremitate autem pupille eam remouemus.

326 Oculus non aereus ſed potius aqueus, vt comodius poſſit viſibilium ſpecies retinere.

327 Odoratus igneus eſt à prædominio, non vt aliquod mixtū, ſed vt ad ſuam exiſtentiam calidum & ſiccum requirat

328 Tactiuus ſenſus à prædominio terreus, ſecūdum ſui molē; habet minimam actiuitatem.

329 Color eſt perſpicui extremitas in determinato corpore, non tamen preſpicuum erit de eſſentia coloris.

330 Colores medij, ex mutua extremorum comixtione generantur.

331 Humidum quòd ſaporis eſt facile ſuſceptibile, eſt eius peculiare ſubiectum.

332 Caliditas ſicitasq; cum vna humidi impreſſiua, altera digeſtiua, ſaporis affectiue ſunt cauſæ.

333 Ignis in quantum ignis ſua eſt actiuus forma, vt autem ſecundario, agit inſtrumentaliter.

334 Medij ſapores, ex cōmixtione extremorum non cauſantur in actu, ſed ſecundum ſuas cauſas, ſi aliter contingat erit per accidens.

335 Totam ſaporis latitudinem, ambitumq; diuidunt cōpræhenduntq; dulcis atq; amarus.

336 Odor cum accidentalis ſit quædam forma, non eſt fumalis euaporatio non ſit abſq; ea, hoc autem non de neceſſitate abſoluta.

337 Pro impoſſibile habemus dari aliquod corpus aliqua præ

ditum

*ditum qualitate & ipſum inſenſibile eſſe.*

338 *Viſibilis ſpecies non prius in medio manifeſtantur, quam oculis cernantur, ſed equalance.*

339 *Senſibile in medio poſitum eſt realiter; non vt totum ſit in qualibet parte totius,*

340 *Futurorum non cauſalium, atq; fortuitu euenientium, poſſumus habere ſcientiam.*

341 *Non præſentium, cum futurorum eſt memoria, bene tamen eſt facultas, præteritorum retentrix.*

342 *Non actiua, cum tantum ipſius ſit recipere, ſed paſſiua potentia eſt memoria qualibet.*

343 *Intellectus etiam ille verus, poteſt intelligere ſubſtantiam, à quantitate ſeiunctam.*

344 *Meditationes, atq; ſpeculationes, memoriam ſeruant, auferunt motus veloces atq; animi paſſiones.*

345 *Ideo fit vt ſenes atq; pueri, ſint malè memores, diuerſa tamen ratione.*

346 *Memoria a reminiſcitiua facultate, longe diuerſam habet naturam.*

347 *Memoratiua facultas non eſt cognoſcitiua, benè eſt reſeruatiua, facientium cognitionem.*

348 *Somnus & vigilia, cum ad naturæ facultates ſpectent, de ipſis eſt naturalis cognitio,*

349 *Somnus qui quidem vigiliæ eſt priuatio, nō animæ aut ſenſus eſt paſſio ſed coniuncti.*

350 *A plantis ſtirpibus, ac demum ab omnibus vegetabilibus, ſolum remouemus ſomnum.*

351 *Cuncta vero animantia ſenſu prædita, & exanguia, vi-*

*dentur habere ſomnum.*

352 *Simpliciter dormientes poſſunt multa vigilantium opera exercere.*

353 *Excitatur ſomnus, ab euaporatione aſcendente, à loco digeſtionis ad cerebrum.*

354 *Corporalis labor moderate factus, inducendi ſomnum facultatem obtinet.*

355 *Animãtibus ſanguine præditis, poſt factam completãq; digeſtionem, contingit expergefactio.*

356 *Somnum non intellectus ſed ſenſus cõmunis eſt paßio, in quo verè cadunt intelligentiæ.*

357 *Senſibilium ſpecies, in abſentia eorũ, remanẽt inſenſibus.*

358 *Somnia .n. poſſunt cauſari a dijs immortalibus; ideo non mirum ſi aliquando per ea futura prædicimus.*

359 *Vitæ diuturnitas, atq; ipſius breuitas, naturalis facultatis etiam eſt contemplatio.*

360 *In viuentibus non eſt eadem, eque in omnibus, cauſa longitudinis breuitatiſq; vitæ.*

361 *Ignis non obſtante quod ſit in propria ſphera, de ſe tamẽ eſt corruptibilis.*

362 *Plantarum genus longioris eſt vitæ, quã animalium, illarum autem longißimè ſunt cipreſſus atq; palma.*

363 *Calidum atq; humidum, longitudinis breuitatiſq; vitæ cauſam habent.*

364 *Viuens in toto temporis vitæ, per continuam nutrimenti ſumptionem non manet idem.*

365 *Loci caliditas confert ad vitæ prolixitatem, ideo calidorum locorum incolæ, diuturnioris ſunt vitæ, ijs qui fri-*

gidiores poſſident.

366 *Eadem parte qua eſt anima, ſecundum eandem etiam nutritur & viuit.*

367 *Totum quidem animal, omnesq; eius partes, naturalem obtinent calorem.*

368 *In habentibus pulmonem, refrigeratio ſit per aeris attractionem ad cor ipſum.*

369 *Cor primum eſt quod in embrione generatur, in non habentibus, ſit aliquod proportionale.*

370 *Mixtorum qualitates, ab elementorum ad ipſos efformandos concurentium qualitatibus, ortum ducunt.*

371 *Qualitas animalis locatis, corporis locantis qualitati non contrariatur, quicquid empedocles de aqua, atq; piſcibus calidioribus terreſtribus.*

372 *Animalia enim orbata atq; perfecta, motum in ſe, & ab ipſis poſſunt perficere.*

373 *Ideo animal quocunq; locali motu, natum eſt poſſe moueri*

374 *In animali quod per ſe mouetur, dicimus eſſe partem immobilem, nec contradictoria loquimur.*

375 *In motu progreſſiuo animalis, requiritur aliquid extra ſe fixum atq; immobile.*

376 *Cœli motor maioris eſt virtutis in mouendo, quã terra in quieſcendo.*

377 *Intelligibilis ſpecies in animalibus, fulgita eſt ab intellectu practico.*

378 *Vitales ſpiritus imprimunt in organo principium diſpoſitionemq; mouendi.*

## DE ORTU AC INTERITU.

379 *Subiectum librorum de generatione, naturale corpus ſa cimus, prout eſt alterabile ad formam.*

380 *Alteratio à primis qualitatibus proueniens, non eſt abſq; generatione.*

381 *Quod ſimplicem habet generationem, non fit ex nihilo, ſed aliquo determinato.*

382 *Mutua generatio perpetuat entia; ideo vnius generatio alterius eſt corruptio.*

383 *Subſtantiæ in quibus non eſt contrarietas; non ſuſcipiunt magis & minus, bene tamen poteſt, oppoſitionem inferre formæ priuationem.*

384 *Alteratio quæ motus eſt cõtinuus, à generatione differt, non enim mutuo ſe conſequuntur.*

385 *In corruptione cum omnia diſſipentur, ideo dicimus fieri reſolutionem vſq; ad primam materiam.*

386 *Augmentatio quæ proprie motus eſt ad quantitatē, non eſt abſolute generatio.*

387 *Forma non eadem viuentis vel aucti, numero permanet in augmentatione.*

388 *Qualibet aucti pars, in augmentatione cibiq; ſumptione augetur.*

389 *Augmentatio non continuo fit; ſed diſpoſitis præuijs partibus fit tota ſimul: velut in ſciſſione conſpicitur.*

390 *Simile, & vbi aliqua ſecundam omnes partes non reperitur diuerſitas non aggit in ſimilia.*

391 *Propria actione, ac idem in quantum idem non poteſt agere in ſemetipſum.*

392 *Actio & paſſio ſimul comitantur, manifeſtat hoc mu-*

tua reactio & paſsio.

393 Senſibiliter, nec pro intellectus operationem, quod verè eſt indiuiſibile, alterare contingit.

394 Elementorum forma non actu, nec refracta in mixtis reperiuntur, ſed virtute atq; habitudine.

395 Nec Ari. contradicimus ſi actu perſiſtere dicamus.

396 Elementorum qualitates in mixtore manent, non tamē ſincere, ſed ad quandam redacte temperiem, vnde complexio eſt illa temperies, ſeu ex illis compoſita.

397 Mixtionem quæ per mutuam elemenrorum miſcellam fit, ex Ariſt. ponimus.

398 Quatuor elemētorum qualitates, vt etiam in cæteris mixtis, ſic & in ipſis accidentia ſunt, nec formarum rationē nullam habent.

399 Qualitatum numerus, nec excedit, nec minor quaternario numero.

400 Non omnes equaliter agunt vel patiuntur, ſed duæ actiuæ, due autem paſſiuæ.

401 Terram maximè ſiccam, aquam maximè frigidam, aerem maximè humidum, ignem maximè calidū facimus.

402 Vna eſt in omnibus elemētis prima qualitas, in qua eius forma maximè refulget, alia autem eſt remiſſa.

403 Elementorum ſimbole qualitates, & ſi vna alia intenſior, non tamen diuerſam conſtituunt ſpeciem.

404 Elementa habent inuicem traſmutationem & generationem, vt ex vno aliud generetur.

405 In habentibus ſimbolum facilis eſt actio, ita vt ex duobus elementis tertium generetur.

405 *Impoſsibile eſt vt naturaliter corruptum, poſsit idem numero reparari.*

EX LOGICALI FACVLTATE.

407 *Logica quæ imperite à multis dialectica nuncupatur, eſt ad omnes ſcientias capeſſendas vtilis.*

408 *Ipſam magis ſub arte, quam ſcientia collocamus, ideo docentem facultatem illam nuncupamus.*

409 *Primus ſubiectum ſtatuimus, non ens rationis aut ſyllogiſmum, ſed inſtrumentum cognoſcendi, prout docetur arte conſtituit.*

410 *In dubium tamen reuocamus, vtrum horum ſit ſubiectũ*

411 *Porphyrij introductio multum ad prædicamenta cõfert, ideo vtilis eſt non neceſſaria.*

412 *Uniuerſalia ſunt in rebus, non autem diſtincte, ante intellectus operationem.*

413 *Quinq; tantum ſunt prædicabilia, ſiue vniuerſalia, à Porphyrio poſita.*

414 *Prædicamentorum librum, à logicis dogmatibus remouemus, tanquam non logicale tractatum.*

415 *In controuerſiam adducimus, an ſit logica tractatio.*

416 *Logicæ initium ſumitur à libris peryhermeniæ.*

417 *Collocamus in ſubſtantiæ genere intelligentias, à quo deũ optimum remouemus.*

418 *Vox eſt ſubiectum & materia orationis, nominis, & verbi non autem generis.*

419 *Non homo terminus eſt, quia hominis negationem ſignificat ideo nec oratio eſt nec propoſitio.*

420 *Definitur oratio ab Ariſt. in cõmuni, complectens per-*

fectam ac imperfectam.

421 Contingentiam à naturalibus non ſeparamus, ab anima lis anima intellectiua remouemus, cum libere agat.

422 Falſam eſſe eorum ſententiam cenſemus aſſerentium, omnia neceſſario prouenire, nec poſſe aliter ſe habere.

423 Cum hoc autem firmiter credimus, preſcientiam ac ſummi dei prouidentiam, nec hoc humanis actionibus; aliqua imponit neceſſitatem.

424 Modalis propoſitio eſt quæ modo aliquo, prædicatum terminare poteſt.

425 In modalibus negatio debet addi modo non verbo, ſecus non contradicunt.

426 Neceſſe eſſe, & impoßibile non eſſe, vniuerſales ſunt affirmatiuæ.

427 Non neceſſe eſſe, non impoßibile eſſe, particulares ſunt negatiuæ.

428 Syllogiſmum priorum librorum ſubiectum ſtatuimus, qui quidem eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceßis, neceſſe eſt aliquid euenire, per ea quæ poſita ſunt & conceſſa.

429 Minori exiſtente de ineſſe, & maiori de neceſſario ſequitur concluſio de neceſſario.

430 Ex falſis quandoq; poteſt ſequi verum, ex veris nihil niſi verum.

431 Petendi principium, quatuor cognoſcitur modis, quando per ignota, vel cum non demoſtratur propoſitum, aut per equaliter ignota, & demum cum prius per poſterius.

432 Poſteriorum ſubiectum eſt demonſtratio. Sunt duo modi

ſciendi, per demoſtrationem & per deffinitionem, quæ eſt medium in demonſtratione.

433 Omnis doctrina omnisq; diſciplina, ex præheſiſtenti ſit cognitione.

434 Demoſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſuper cauſas immediatas procedat.

435 Circularis demoſtratio, eſt ſillogiſmus ex neceſſarijs, & per primum modum & figuram conſtitutus.

436 Regreſſum concedimus, cum aliquid faciat nos cognoſcere, ob id circularem negamus.

437 Principijs magis quæ concluſioni, eſt credendum; cum ſit verũ propter quod & vnum quodq; tale & illud magis.

438 Scientia vna eſt, vnius generis, diuerſitas ſumitur vel in conſideratis.

439 Quæſtiones æquales ſunt numero his, quæ vere ſcimus; quatuor.n. ſunt, quod eſt, ſi eſt propter quid eſt, et quid eſt.

440 In ſecundo poſteriorum tractatur de deffinitione, vt eſt aliud ſciendi inſtrumentum.

441 Dialectica facultas eſt, quæ de omnibus probabilibus ſpeculatur.

442 Probabilia ſunt quæ videntur omnibus aut pluribus, & his vel omnibus, vel maximè famigeratis.

443 Utilis eſt ad tria, ad exercitationem, ad obuiandum, & ad phyloſophias diſciplinas.

444 Accidens facit vnum numero cum ſubiecto, ideo numerantur numeratione ſubiectorum.

445 Propoſitionum tres ſunt ſpecies, ethice, phyſice, & logice, plures ſunt ac pauciores.

Genus

446 *Genus non denominatiuè de ſuis prædicatur ſpeciebus, ſed vel analogicè vel vniuocè.*

447 *Omnia per ſe neceſſario ſunt determinata ad contrariũ, vt quod per ſe eſt eligibile & bonum, magis eligendum, contrarium vero fugiendum.*

448 *Iuſtum nõ eſt in genere ſed iuſtitia; ex quo habemus quòd accidens in concreto, non eſt in prædicamento.*

449 *Finis eſt magis eligendus, quã quæ ſunt ad finem, & beatitudo magis quam prudentia.*

450 *Iuſtitia fortitudine præſtantior, nam ſi omnes eſſent iuſti, fortitudine non indigeremus, non autem contra.*

451 *Si ſpecies vna ſub duobus contineatur generibus, alterum ſub altero continetur.*

452 *Definiens, plana interpretatione vti debet, vt non ſit obſcura, nec aliquid ſuperflui contineat.*

453 *Definitio data per coniunctionem disiunctiuam, vel negatiuam damnanda eſt.*

454 *Elenco ſyllogiſmo vtentes, credunt ſe ſcire, cum tamen neſciant ex falſam opinione venatur ignorantia.*

455 *Imperiti velut longè à veritate diſtantes, ſpeculãtur cum captiunculis, & nominibus res veras non ſignificantibus*

456 *Sapientis duo præcipuè ſunt opera, quorum vnum eſt nõ mentiri de quibus nouit, alterum verè mentientem manifeſtare poſſe.*

457 *Ne contingat deceptio, ad plures interrogationes non vnica reſponſionẽ: nã recta ſolutio, aut fit per diſtinctionem multitudinis, aut per interpoſitionem falſi.*

## *EX POAETICA ET RETHORICA.*

458 Poetica atq; rethorica ſunt ex genere dialectico, vnaq; enim perſuadet, cum omnis oratio ſit vel laudatio, vel deteſtandi ratio.

459 In naturalibus metrorum compoſitores potius ſermocinales, dicimus auctores, quam poetas.

460 Nobiles virtuteq; prædictæ animæ, carmina ad laudandum adinueniunt, contrariæ his ad deteſtandum.

461 Bonitas laudande artis, in prolixiori metro magis conſiſtit, quam in curto atq; breui.

462 Hæc ars quemadmodum & reliquæ, demoſtrandis rebus maximè confert.

463 Non ita ab inimicorum illatam iniuriam contriſtamur, quam amicorum contumeliam egretulimus.

464 Quod quis non credit nec perſuadetur, non mouet ipſum ad timorem, vel miſericordiam.

465 Egrotantes licet multa ſibi hilaritatem inducentia oſtendantur à merore & triſtitia non eleuatur.

466 Rethorica quæ dialectices eſt aſſecutiua, vel de omnibus poſſet perſuadendo agere, tamen hoc ad humana negocia & morales ſermones tranſtulit.

467 Quæ naturaliter dici poſſunt, optima methodo atq; ſerie diſpoſita, gratiſſimis vocis nexibus profert.

468 Hinc fit vt naturalis vna, artificialis altera quæ homines ad bene ornateq; dicendum allicit, impellitq;.

469 Amor odium, & proprium comodum, ſæpe iudicem à recta via diſtrahunt ideo rethorica, vera, iuſta perſuadere, contraria horum fugere conatur.

470 Si aliquis corpore ſeipſum tueri nequeat, ſi autem ſermo-

ne id præſtet procul eſt omne dedecus.

471 Nobilitas gentis, & ciuitatis, eſt ſui iuris antiquos eſſe præſides, primo inſignes & multos inſignes ex ipſis præ dyſſe.

472 Contrariã his dicimus nobilitatem ſingularem eſſe, quæ à uiris mulieribusuè fit propter diuitias.

473 Honor.n. beneſactiuæ operationis eſt ſignum, nam iuſte honorantur, qui beneficia præſtiterunt, non ſolum hi ſed qui beneficia tribuere poſſunt.

474 Propter hoc laudem, ſermonem uirtutum magnitudinẽ dilucidantem, eſſe dicimus.

475 Ad naturam ſequitur delectatio propter ſpem, vnde merito Homerus ira dulcis melle eſt diſtillante.

476 Finis Rethorici eſt ſicut medici, qui non ſanitatem, ſeu perſuadere finem habent, ſed ſi ex contingentibus nihil omiſerint, quæ ad hos perducat.

477 Infirmi bellantes amantes, ſitientes, & aliquid deſiderãtes, non aſſequentes, hi de facili iraſcuntur.

478 Obliuio ſignum eſt parui penſionis, & ſic factiua eſt iræ nullus tamen ſeipſum vilipendit.

## EX PLATONIS DOCTRINA.

479 Plato academicorum princips, omnium rerum poſuit cauſas in eſſe abſolute a.l. priores non defuerunt, qui has cauſas cognouerunt, diuerſis tamen nominibus nuncuparẽt

480 Huiuſmodi cauſæ ſunt ideæ, quæ à diuerſis diuerſimode vocantur. ſ. exemplar, forma, & imago.

481 Quas deſinietes dicimus eſſe formas æternas, incorporeas à materia ſeparatas, & in ſummi opificis mẽte poſitas.

482 *Quæquidem formæ non eſt inhærens, ſed exemplaris, nec quid fictitium ſed diuina mens.*

483 *Ideæ quas formas vocamus, non erit abſurdum ſi aliquã-do in dei mente, aliquando vero in lunæ concauo repoſuit nec ob id contraria loquitur.*

484 *Hæ igitur formæ, non caſu ac temere, a ſummo rerum omnium opifice, fuerant facta, ſed vt generationi ſcientiæq; deſeruirent.*

485 *Unius rei nõ tantum ideæ, ſed omnia quæ in hac mundiali machina continentur ſuas habent ideas.*

486 *Unum pluribus dicitur modis, ſed eius naturam à cunctis entibus fatemur diuerſam.*

487 *Eius autem natura non eſt ens, cum ens ipſum, velut formamentis habeat, ſed illud eſt prorſus informe, ab intelligili forma ſeiunctum.*

488 *Uni autẽ natura cum ſit omnium genetrix, merito nullum exiſtit illorum, igitur nec quid, nec quale aut quãtũ*

489 *Non eſt intellectus, non anima, non mouetur, nec quieſcit, non eſt in loco, nec tempore, ſed ſuper omnem exiſtens formam.*

490 *Quemadmodum ab vnitate naſcuntur numeri non ſecus ens hortum habet.*

491 *Anima à diuerſis diuerſimode fuit definita; alij ex armonicis numeris illam conſtruxerunt.*

492 *Animam eſſe numerum ſeipſam mouentem, affirmare non dubitamus.*

493 *Unius eſt ſubſtantiæ numero, incorruptibilis atq; eterna, omnibus habitibus referta, tum praticis tũ ſpeculatiuis.*

494 Ideo aſſerere non veremur, ſcire noſtrum eſſe quodam re-
miniſci; cum ipſa in carcere detruſa, corporis illecebris
ſit adumbrata.

495 Viſum definientes dicimus eſſe facultatem quandam
animalis, ad rerum coloratarum immagines cõſpiciẽdas

496 Huius vero actus eſt ipſa viſio, quæ ex actione formæ viſi
lis ad viſum, & paſſione viſus ab hac forma fit.

497 Viſus præterea propenſione quadam naturali ad colora
tum obiectum fertur; idq; radiorum extramiſſionem
appellamus.

498 Quod vero extra mittitur non eſt corpus, vt perperam
Alexander credidit, ſed quædam lux.

499 Mundus non genitus ſed creatus, id autem non in tempo
re, ſed ante omne tempus, non corruptibilis ſed eternus.

500 Unus autem nec plures, omni perfectione munitus, ex to
ta enim conſtat materia.

501 Tempus quod per lationem primi mobilis cognoſcimus, nõ
eſt aliqua spherarum, nec motus vel circulatio.

502 Dicimus tempus eſſe eternitatis in vnitate manẽtis, eterñ
nam quandam innumero fluentem immaginem.

## EX MORALI PHILOSOPHIA.

503 Homines ratione & intellectu vigentes, natura aliorum
dominos rectoreſq; inſtituit.

504 Animi fœlicitas in Rep. adminiſtranda haud permanet
vnde decipiuntur credentes benemeritos ad cœlum euo-
laſſe; in terris autem maximum eſt ornamentum.

505 A probi viri animo, atq; iuſti, acquirendis numis remo-
ueatur deſideriũ, cũ illud in infinitũ & inextinguibile ſit.

506 *Populares homines ex poſſeſsionum inequalitate diſcor-dant, generoſi vero propter honoris inequalitatem.*

507 *Dilectationem ſine triſtitia in phyloſophia poſitam, na-turaliter affirmamus.*

508 *Policia eſt ordo quidam, ciuitatem poſsidentium, in prin-cipando ſubijciendoq́.*

509 *Iuſti ſunt qui publicis bonis incumbent, proprijs cõmodis alij, relictis publicis hi vitio ſunt obnoxij.*

510 *Ciuitatem elegantius optimo viro quã regum legibus tue-ri poſſe cenſemus.*

511 *Magnæ ciuitates potius ſeditionibus vacare videtur quã paruæ; plus impedimento obſtant.*

512 *Agricolæ lucrum quã honorem magis appetunt, ideo de-lectabilius eſt eis, laborare quã principari.*

513 *Non parum habentes pauperes appellamus, ſed plus deſi-derantes, nec deſiderium explere.*

514 *Non vna virtus, aut vna fœlicitas, hæc virtuoſum illa fe-licem præſtat.*

515 *Pulchritudo in magnitudine conſiſtit, vnde paruas mulie-res, ſicut & viri, formoſos atq́ venuſtas dicimus, non au-tem pulchras.*

516 *Non iraſci in quibus oportet, inſipientis eſt, cum illatam iniuriam ſuſtinere ſit ſeruile.*

517 *Talis vnuſquiſq́ eſt, talia dicens, ita viuit, & operatur.*

518 *Verecundia omnibus ſemper haud congrua eſt, ſed iuue-nibus, à ſenibus remouemus.*

519 *Conſilium non præteritorum, ſed futurorum eſt, nã fa-ctum hoc vel ingenitum facere ſolo priuantur dij.*

520 Iuuenes nequeunt eſſe prudentes, cum requiratur ſapientia, & experientia quæ tempore indigent.

521 Primæ operationes beſtijs inſunt ex natura malorum, prauorumq́ hominum ex conſuetudine.

522 Inter dominum & ſeruum, nullum amicitiæ vinculum intercedere non dubitamus.

523 Laboris certitudinisq́ cauſa matres, magis quam patres, natos diligunt.

524 Cõmunicatio coniunctioq́ maris & fœminæ in brutis, tã tũ gratia prolis, in hominibus, vt auxilientur ſenio cõfectis

525 Natura vnum coniugalium animalium forte fabricauit vt vlciſcatur, præfortitudine, imbecille alterum vt præ timore ſe cuſtodiat.

## DE ANIMALIBUS.

526 Squamæ in piſcibus muneribus funguntur, quibus pluma in auibus.

527 Omnibus animantibus à natura tributi ſunt oculi, vt cõſpiciant, ſola talpa oculis caret.

528 Nobiliſſimum animal eſt homo, nam cæterorum animaliũ diſpoſitiones, ſi ad ipſum redigantur clariores euadũt.

529 Ex cuius partium commenſuratione, multa prædicere poſſumus, vt ſi magna erit fronte munitus, grauitatem, nec ad ſtultitiam pronum cognoſcimus.

530 Contraria huius diuerſam indicant naturam; vt parua velocitatẽ motus, & bonitatẽ; rotunda iracundiã indicat

531 Sternutationẽ vt perperã aliquid credunt, nõ dicti verificationẽ dicimus; niſi per accidẽs, ſed ad aliã retulimus cauſas

532 Sciẽtia de animalibus, propter varias cauſas honorabilis

eſt, ideo magis de his aliquid probabiliter deſidet animus, quam de alys inferis per certitudinem.

533 Animalia magnum cor habentia cum omnem cauitatē non repleant, pauida euadunt.

534 Aues piſces & cruſtraceorum genus, l. bibant non tamē mingunt, cum tota ſuperfluitas aquoſa, in plumas tranſeat & ſquamas.

535 Ex corporis calefactione venarumq. orificiorum apertionem, animalia ſudorem mittunt; ex hoc habetur illorū differentia in multitudine paucitateq.

536 Mulier ad generationem conueniens eſt inſtrumentum ſecundum meſtrui naturam; vnde non omnes concipientes ſemen mittunt.

537 Sperma non eſt generatis pars, ſed ſicut forma, & motor ſicut carpentarius in lignea materia.

538 Gallinæ multum ouantes, & cunta animalia multi coitus, non diuturno viuunt tempore.

539 Pullorum generationis principium, ex albumine eſt, tanquā calidior pars exiſtens, vitello pro nutrimēto vtitur.

540 Animalia duobus genitalibus membris gaudentia, non vterq. membrū erit generationis accomodatum.

## MEDICINALES THESES.

541 Rerum naturalium habita conſideratione; de animalibus quantum ad quaſdam illorum paßiones, quæ ad ſanitatem vel ad egritudinem procliues ſunt, merito fuit quædā facultas, ad huiusmodi paßiones debellandas, neceſſario inuenta.

542 Hæc autem facultas me[illegible]ina à multis nuncupatur, quæ

circa corpora humana vt ſanitas conſeruetur, & deprauata rectificetur verſatur.

543 Hanc autem in ſcientiarum numero reponimus, cum ad ſcientiam ſpectantibus omnibus gaudeat.

544 Secatur bifariam in practicā & ſpeculatiuam, ſeu theoricā, vnde perperā dicunt multi vulgares, totā eſſe practicā

545 Huius ſcientiæ adequatum ſubiectum ponimus, corpus humanum ea ratione qua ſanabile eſt atq́ ęgrotabile.

546 Humanum corpus ex quatuor conſtituitur qualitatibus, quæ quidem in ipſo non reſidunt; vt ſunt equaliter cōtrariæ, ſed ſecundum exceſſum in vna & altera remiſsio:

547 In optimo complexionato, de primo modo, poteſt dari lapſus ad extremas qualitates, in quibus maior erit ad frigus quam ad calidum.

548 Homo longè præſtat cætera animantia, qui p equi diſtātiam ab extremis remotus, optimā retinet temperiem.

549 Quēadmodum non datur exquiſita cōplexio, ſimpliciter ſana ad ſenſum, ſic nec vita poteſt conſeruari in ſimpliciter diſtemperata.

550 Spiritus à corde eleuatus & accenſus, cor ipſum in feruore ſuperat.

551 Adeps atq́ pinguēdo. l. frigidæ ſit, tamen in ſe potentiale habent caliditatem, vt ſint inflammabiles.

552 In viuentibus deficiente humido nutrimentali, in quo calor pabulatur, euaneſcit tota eius ſubſtantia.

553 Iuuenes & pueri non eadem gaudent temperie, ſed iuuenes præſtantiſsimā habent, vnde melioris ſunt tēperamēti.

554 Homines in caliditate mulieres ſuperant; non ſic ſeres ha

*bet in animãlibus rapacibus.*

555 *Secundæ humiditates, ab ipſis primis ſpecie non differũt, ſed numero ſolum.*

556 *Humores non negamus, poſſe ſicut elementa ad inuicem generationem ſuſcipere ſeruata paritate.*

557 *Negamus poſſe ſanguinem, aut bilem, in flegma cõuerti, bene tamẽ ipſum in ſanguinẽ per vlteriorẽ cõtionẽ trãſmutare*

558 *Ex chilo cũ generatur ſanguis, etiã bilis magna pars, duplicẽ habens reſidentiã, craſſa in ſanguine permiſcetur ſubtilior in fellis chiſtim retinetur.*

559 *Simplicia quæ nullã in ſe retinẽt mixtionẽ, naturalia corpora haud nutriunt, ideo acqua nullius eſt nutrimenti.*

560 *In corpore & illo quidem optimè complexionato, datur quædam aquoſa ſeroſitas quæ ſanguinis eſt vehiculum.*

561 *Sanguis in noſtris genitus corporibus, ab ipſo iecinore virtute prouenient e à corde producitur.*

562 *Splem gingendi ſanguinem facultatem nõ habet, bene tamen attrahendi expellendique.*

563 *Concotio diuerſimode adminiſtrata, ſanguinis aliorumq́ humorum generationis eſt cauſa.*

564 *Oſſa nec non alia membra duplici gaudent virtute, influxa nimirum & innata.*

565 *Virorum ſperma ad ſexuum variationem cæteris ſtantibus, eſt maximè accomodatum.*

566 *Ad conceptionem ac debitam infantis in vtero nutritionem, matris ſanguis meſtruoſus requiritur.*

567 *Pueri nutrimentum poſt ſui ortum, debent etiam digerere digeſtione ſecunda.*

568 Oſſa cartilagines & nerui, quæ ſpermatica ſunt mēbra, abſciſa haud conglutinari valent.

569 Nihil tamen obſtat, ſi hæc poſſe in pueris conglutinati dicamus; cum non à longè ſit petenda eorum reſtauratio.

570 Dentes ex ſanguine in quo ſpermatis reſidet virtus generātur; manifeſtū eſt autē, ex quo pueri bis dentati euadūt.

571 Membrorum motus ex villis poteſt effici, in cerebro tamē ab ipſis ſpiritibus in cerebri ventriculis aerem atrahentibus.

572 Veſica ſecundū ſuam naturā, vna tantum prædita eſt tunica, ad munera obeunda accomodata.

573 Per actū nutritiuæ virtutis, radicale humidū melius deperdito, pro longiori vitæ cōſeruatione, reſtaurari poteſt.

574 Verum augmentum ac peculiare in ætate pueritie, ad iuuentutē vſq; fit, in conſiſtentia: non verum.

575 Digeſtio proprie, ac ſecundum modum ipſius forme, ſemper ingroſſando procedit.

576 In puero quā iuuen velociores, perfectioresq; ſunt digeſtiones, abſolute tamen iuuenes perfectius digerūt, quod ex opere manifeſtum eſt.

577 Inuitalis virtutis transmiſſione, ſpiritus vitalis corrumpitur, qui ſua leuitate caliditateq; aptiſſimū eſt inſtrumētū.

578 Poſſibile eſt vt operatio nutritiue virtutis deſtructa, atq; proſtrata ſit, tamen membrum viuere.

579 Exteriores ſenſus ab interna virtute immutari poſſunt, ſic econtra.

580 Ad digeſtionē cibi efficiendam, ſatis eſt vna virtus, ſicut attractiua ſufficit ad cibi deſiderium.

581 In nutritione deperditur forma nutrientis, qualitas ſeu

propietas incolumis permanet: & manifeſtatur magis.

582 Ex quo colligitur frigida cibaria.i.in ſanguinem calidū, suapte natura, transmutetur, refrigerādi tamē vim habent.

583 Medicinæ ante ſui ſumptionē, potentia tales ſunt, quales à noſtri corporis caliditate, in actum reducuntur.

584 Medicamentorum facultas dicitur calida, frigida, ſicca humidaq́ ratione hominis temperati, non tamen fieri poteſt, vt detur temperatum farmacum.

585 Medicamentum quodlibet, quod à noſtri corporis caliditate nullo pacto, aut parum transmutatur, hoc eſt vel ratione ſui, vel quia venenoſa, nec actioni ſubycitur.

586 Non erit impoßibile ñapellus aut aliquod ſimile, quod in ſe admixtam venenoſitatem habeat, ſi aliquantulum digeri poßit, vt aſſumentem nutriat.

587 Pulſus cordis eſt motus, & arteriarum interpolatus, ex eleuatione & depreßione proueniens.

588 Hic autem eſt neceſſarius ad uitæ ſubſtentaculum, nō ſecus ac anelitus, cum ad refrigerandum ſpiritus per aerem actractos ſit factus.

589 Differt à iectigatione, atq́ cordis tremore, ex ipſo certiora ſigna deſumimus, quam ex vrina: indiſpoſitionibus quas vterq́ ſignificat.

590 Pulſuum genera ſub decem aut nouem ſpeciebus continentur, & ſub maiori vel minori continentur numero.

591 Variantur pulſus pro varietate temporum, ver paruos efficit, eſtas veloces, in hyeme tardiores, autumnus diuerſos & illos ad debilitatem declives facit.

592 Non ſolū hæc verum regiones atq́ locorum ſitus, pulſum

diuerſificat, cum hoc animi motus.

593 Ex cibo debitæ quantitatis temperata, pulſus proueniunt magni.

594 Urina quæ ſanguinis aliorumq; humorum eſt colamentum, eſculenta potulentaq; eſt ſuperfluitas.

595 Cognoſcuntur ex urinæ ſtatu multa, ad egritudinẽ ſpectãtia, quæ ſi nõ bene cõſpitiantur, vtiq; nuncius eſt fallax.

596 vrinæ color ab ipſis pendet humoribus, fieri tamen poteſt vt etiam ab actiuis qualitatibus.

597 Urinam non ſimplex ſed mixtum corpus ſtatuimus cum ad Hydropiſim multum conferat.

598 Urina ad corporis partes transmiſſa, non expellitur ad renes mediante epate.

599 Ipſa enim quantum ad ſuam ſubſtantiam diuiditur trifariam, in craſſam, tenuem atq; mediocrem.

600 Uiridis color, de extremis participans, cauſatur tum à frigido tum à calido, variatur à frigido cũ tẽdit ad liuiditatẽ.

601 Encheurema nigrum in cauſone, futuram criſim per rigorem atq; ſudorem pronunciat.

602 Colores plus æquo citrinum ſuperantes, omnes caliditatis dominium ſignificant.

603 Ex coloris albi eſſentia, frigiditatis dominium arguimus & ſic non habere digeſtionis fiduciam.

604 Epatis debilitas venarumq; opilatio, vrinam valde tenuem, ſubtilemq; redunt.

605 Hypoſtaſis eſt res facta ex cibo, quæ naturæ actionem refugit, apud conuerſionem cibi ad ſanguinem.

606 In vrinis ſanorum nihil obſtat, nebulam vel aliquod. Hy-

poſtaſis genus contineri ac manifeſtari.

607 Ex quātitate paucitateq; Hypoſtaſis non arguimus virtutis robur vel imbecillitatē, ſed proprij humoris multitudinē.

608 Balneū locus eſt qui paratur, ad refrigerandum aut quouis modo corpus noſtrum humectandum, humidam ſubſtantiam continens.

609 Harum aquarum caliditatis cauſam in igne & ſulphure reponimus, à varijs mineris provenientem.

## EX GALENI DOCTRINA.

610 Scientia qualiscunq; ſit dummodo methodicam habeat rationē, ex vno trium inſtrumentorū procedere videtur.

611 Medica facultas duo extrema conſiderans atq; cōtraria nō eſt inconueniens vt cōſideret mediū, quòd erit neutrū.

612 Methodica eſt etiam aſſignata diuiſio, cauſarum ſignorum in aſſegnationē ſimpliciter & vt nunc.

613 Sanitas cum in optima operationū functione ſit dicimus eandem eſſe cum bona compluxione.

614 Lapſus ægritudinis ſimpliciter, quandoq; maior euadit quā vt nunc.

615 Fieri poteſt, vt a primo generationis principio, detur lapſus ad egrum vt nunc.

616 Pro verum in medicinali facultate inueſtigatione, ſigna ſunt animaduertēda, quæ tria à Galeno numerata ſunt.

617 Nihil obſtare videtur quin operationes corporis tēperati, longè multum excedant, eiuſdē corporis diſtēperati.

618 Mēbra primū ex principale locū in humano corpore habentia, quatuor à nobis proponūtur, cor, cerebrū epar, teſtes.

619 Cerebrum quòd in animalis vertice, frigida atq; humida

præditum eſt temperie.

620 Quòd quidem ſi in paruitate excedat, dubio procul cõplexionis malitiā accerſatur. quòd etiā dicimus de magnitudine.

621 Neruos, nucam, ſeu ſpinalem medullā, a cerebri poſteriore parte ortum ducere non dubitamus.

622 Corpus quòd diſcraſiā, vel aliquā paſſum ſit intēperiē, læditur à ſimili, inualeſcit à contrario.

623 Poſſumus æque bene ex multitudine, colore atq; figura capillorum, cerebri cum plexionem indicare

624 Oculo qui cunctis ſenſibus præſtantior, frigidam humidāq; complexionem, tribuimus.

625 Si autem in magnitudine aut paruitate pecent, vtiq; dicimus probe haud viſionis facultatem exercere poſſe.

626 Cor quòd in genere membrorum princeps eſt, calidam ſicamq; retinet complexionem.

627 Dilatationem cordisq; conſtrictionem in pulſu; effectiue dicimus prouenire ab animæ virtute.

628 Velocitas, frequentiaq; & magnitudo pulſus, ex corde calido plusquā temperato proueniunt.

629 Epatis tēperies, ad calidā humidāq; cõplexionē vergit.

630 Sanguis humor ceteros in nobilitate antecellit, a flegmate, bilis, atq; atra ſpecie diſtinctus.

631 Noſtri corporis partes, ſanguine & illo in ſua naturali qualitate exiſtente nutriuntur.

632 Semen quod ad prolis generationem ſatis idoneū, nō a cunctis corporis partibus decidere tenemus.

633 Mulierum autē ſperma, ad fetus generationē cõcurrens, materialem ſubire partē non dubitamus.

634 In ſpermate nullum animarum genus reſidere pro cõper-
to habemus; ipſum inanimatum ponimus.

635 Complexio .i. calida, ſiccaq́; fit ſenectutis tempore ad fri-
giditatem declinat.

636 Ventriculus nõ chilo nutritur, pabulatur atq́; fouetur.

637 Caliditas circũſtantiũ membrorũ, non plura operatur ad
cõcoquendũ ſed propria atq́; innata ipſius ſtomaci.

638 Conſumptio humidi roridi oris ſtomaci, multum preualet
ad excitandam cauſandamq́; ſitim.

639 Famis autem excitatur, propter humidi ſubſtantifici,
ſeu chiloſi deperditionẽ vel minorationem.

640 Stomacus in ſua naturalitate poſitus, quæ nutire ac vale-
re valent appetit & ſibi ſimilia, nec deſtruentia.

641 In acutie vocis, cõcurrit latitudo & coartatio cannæ.

642 Dolor actus, ac operatio eſt ſenſus tactus, & apetitus.

643 Complexio quelibet tripliciter leditur, diminute corru-
pte, & ablate.

644 Ex leſione alicuius membri ſenſibiliter apparet egritu-
do illius in quo eſt læſio.

645 Cauſæ quæ à medico conſiderãdę proponuntur, in duplici
ſunt differentia efficientes .ſ. & conſeruantes.

646 Doloris cauſam immediatam, dicimus continui ſolutio-
nem, atq́; malam complexionem quicquid Auerroes.

647 Sex tantum nec pauciores, res non naturales corpus no-
ſtrum alterantes affirmamus.

648 Harum rerum princeps eſt aer, qui corpora noſtra ſub
ſuo ambitu contenta, magnopere alterat.

649 Ad omnẽ corporis cõſeruationẽ aer ſimilis confert.

Animi

650 Animi accidentia debite adminiſtrata ſanitatẽ ſunt ſeruatiua contra vero deſtructiua.

651 Exercitiũ diuerſum, eſt in cauſa ſanitatis vel egritudinis

652 Temperatũ corpus per debitũ cibi & potus ſumptionẽ, in qua naturali complexione præſeruatur.

653 Definientes febrem, dicimus eſſe calorẽ præter naturalẽ accenſum in corde, primo operationes totius ledens.

654 Cuius principale ſubiectũ eſt cor; adequatũ corpus totũ.

655 Et ſic eſt calor prima qualitas, nõ corpus calidũ, nam ita eſſet cõplexio; accidentem eſſe dicimus & morbũ in cõplexione.

656 Non eſt frigus ſed calor eſt auctus atq; ſuper abũdans.

657 Allucinatus eſt gentilis dicens, eſſe ſolummodo calorẽ ſuper aductum, nõ autem admixtum, vel naturalẽ prius exiſtentem nunc factum extraneum.

658 Diuiditur febris bifariã, in accidens atq; ægritudinalẽ.

659 Febris quæcunq; ſic denominatur, & ſpecificatur à ſubiecto, in quo eſt accenſa in corde.

660 Febrem dicimus morbũ eſſe compoſitũ, ex calido & ſicco

661 Corpora quæ plurima referta ſunt humiditate, & caliditate procliuia ſunt ad febricitandum.

662 Cuilibet morbo quatuor à natura ſunt deſtinata tẽpora nõ propterea, neceſſariũ eſt vt omnis omnia pertrãſeat.

663 Morti donantur egri his temporibus, remota tamẽ ab his declinatione, niſi aliud obſtet.

664 morbi ſtatus eſt cũ materia egreſſa cõtra morbũ pugnat

665 Ex longitudine & breuitate paroxiſmorũ, nobis innoteſcit morbi ſtatus, remotus aut propinquus.

666 Putrida febris ſalubris ſalubrior eſt in augmento, quã in

ſtatu in principio, magis quā in augmento.

667 Effemeram in dubium reuocamus vtrum ſit in fieri, vel morbus factus.

668 Ipſa autem cum accendatur in ſpiritibus nō putreſit, ita vt humores; ideo in numero putridarum nō eſt reponēda.

669 Hæc cū alijs etticū, ſeu putridis, cōiūgi copulariq; nequit.

670 Coctionis digeſtionisq; ſignū aparens in vrina, ſufficiens eſt ſignum, ad effimeram cognoſcendam, certiores erimus ſi ad alia reſpiciamus.

671 Effemera ipſa etiam quatuor gaudet temporibus, diuerſa tamen ratione.

672 Effimeram periodicantē affirmare, non erit abſurdū, cū plures poſſit habere paroxiſmos, & duret per quatuor dies.

673 Humoralis febres non abſq; putredine ſiūt. putredo autē à multis prouenit cauſis, præſertim ab opilatione.

674 Eſt autē putredo, vt corruptio proprij & natiui caloris, à calido externo.

675 Sanguis quemadmodum & cæteri humores, extra uenatus, in putredinē incidit.

676 Colerici paroxiſmales citius ac faciliter redeunt, ſed longo tempore, hoc non contradicit.

677 In febribus cum calor retrahitur; fatendum eſt confugere ad locos à quibus tranſmittitur materia.

678 Putrefactio in humano corpore quandoq; accenditur, ex in debito regimine ſex rerum non naturalium.

679 In aſſignatione cauſæ periodicæ ponēde ſūt cauſæ occultæ

680 Verū autē hoc ſit verū ad vtrumq; diſputabimus.

681 Periodicationem nō à natura humorū, ſed propter formā

in tali quantitate per qualitate manifeſtatam.

682 In diuerſis febribus diuerſa longiora, breuioraq́ ſunt tempora, vt in omotena ſtatus, in peregmaſtica, augmentum in agmaſtica declinatio.

683 Fortitudo lacerti vna cum multitudine materiæ acriúq́ punctionis, rigorem poſſunt cauſare.

684 Maiores fortioresq́ rigores, à cauſa calida prouenire nõ dubitamus.

685 Medici prima intentio, ac operatio, adminorandam & febrem remouendam.

686 Digeſtio I. cauſis antecedentibus poßit tribui, primo tamen reſpicit coniunctam cauſam.

687 Canonicè operantes, medici in die acceßionis à qualibet euacuatione ſe abſtinere debent.

688 In febribus ab humoribus pendentibus, ſaluberimum exiſtimamus ſanguine mittere.

689 Somnũ interdicimus in principio acceßionis, & præcipue dum percipitur rigor.

690 Vini potio in febribus omnibus eſt idonea, diuerſa tamen ratione.

691 In ſanguinis mißione non eſt expectanda concoctio, cæteris ſtantibus indicationibus.

692 Medico à principio, licet euacuare materiã indigeſtam.

693 Aqua ordei virtualem retinet frigiditatem, habens humectandi facultatem.

694 Pulſus in tertiana exquiſita, in omnibus quatuor temporibus diuerſificatur, ſed magis in augmento, quã in reliquis.

695 Non purã tertiana patiẽtes omni die cibamus qcqd. Aui.

696 A ſanguine, vel à cæteris humoribus, febrē eſſe, cum Auicenna tenemus.

697 Pueri cauſonem patientes, in eorum ſtomaco lac ad aceto ſitatem ſe conuertit, ideo mãmas aborrent.

698 In ſynocha putrida ſanguinis magnam copiam extrahimus donec in ſincopim incidat, hoc non ſolum à principio ſed quacunq; hora.

699 Quartanæ pulſus flegmatice maior, flegmaticæ quartanæ atq; tertianæ frequentior.

700 Ex flegmate vitreo duplices accenduntur febres, vtraq; etiam duplici gaudet actione, frigiditatis & caliditatis ſimul.

701 Quandoq; fit vt ex reſiſtentia putrefactionis, ac materiæ ſpiſsitate, vt non videatur quotidiana [illegible], tamen dicimus illam non eſſe flegmaticam.

702 In ſyncopalem humoroſam patientes frictionibus atq; diæta ſunt regendi: dimittendum eſt ſolarium.

703 Variolæ ex ſanguinis ebullitione oriuntur, concurrit etiã mala qualitas impreſſa à ſanguine meſtruali.

## EX HYPOCRATICA DOCTRINA.

704 Medica ars .i. ſui natura longa ſit, Hypocrates nõ iniuria ad aphoriſticas ſententias redegit, hoc cõmoditatis gratia.

705 Multa continentur ſub hac ſcientia & illa quidem difficillima, in his cõnumeratur experimētũ quòd fallax eſſe dicimus.

706 Deiectiones atq; vomitiones a varijs prodeunt cauſis, naturales appellamus, nullo exiſtente alterius adminiculo.

707 Humores vario modo infeſtantes corpus, id qualitate efficiunt, non mutata quantitate.

708 In horum ſignificatione accipiendum eſt virium robur, neq; ad extremum vſq; diætandum, ſed paulatim.

709 Verum naturalemq; appetitum in repletis arbitrariū corporibus, ſanguine & nutrimento optimo concedimus.

710 Pro infirmorum diæta adminiſtrāda, à virtute ſumimus indicium, hoc autem mediate.

711 Tenuis diæta magis ęgrum moleſtat, quā paulo plenior, ideo ex illa maius ſequitur detrimentum.

712 Nec contraria loquimur dicentes in acutiſſimo morbo, ex quiſitè tenuiſſima diæta vtendum eſſe.

713 Accidentia vel ſeuia vel remiſſa in ſtatu vltimantur ideo ad ſtatus cognitionem conferunt.

714 In longis ac cronicis morbis, à principio groſſius eſt diætandum in ſtatu & propè ſubtilius.

715 Senes ac decrepiti facile ieiunium ferunt, cum in famem difficilius incidant.

716 Corpora ad caliditatis & ſiccitatis latitudinem tendentia difficilius ferunt ieiuniū, quā in frigiditate conſtituta

717 Etate florentes atq; pueri equalitatē caloris habent .l. ſenſu ſecus videatur.

718 Humana corpora in frigido tempore, naturalis caloris augmētū nāciſcūtur, ideò in hyeme calidiora ſunt atq; famellica.

719 Febricitantibus, pueris, ac ijs qui tali victu vti conſueuerunt, humiditates conferunt.

720 Medicus ab opere vacare debet ſtante naturæ beneficio, critice expellentis.

721 Ante humorum coctionem nihil mouere, nec aliquid tentare oportet ne natura ab opere diſtrahatur.

722 Nocumenta ex ſomno prouenientia, poſſunt mortẽ in materialibus morbis protendere, idq́ in declinatione potiſſimũ.

723 Somnus longus complexionalis, non cauſatur ceteris paribus niſi à cerebri frigiditate.

724 Laſſitudines, atq́ labores manifeſtas cauſas non habentes futurorum morborum ſunt indicationes.

725 Dolor nõ ſenſibilis qualitas eſt dicẽdus, ſed ſenſatio quædam à ſenſu interiori comprehenſa.

726 Reſtaurationis ſignum, à morbo euadens cum non poſſit ſanitatem optimam recipere, eſt plurimi alimenti quam par ſit indicium.

727 Humida cibaria exinanitum corpus replere, ac magis reficere poſſunt.

728 Humores poſt factam euacuationem relicti, inſeniorem morbum ęgrum inducunt.

729 Virtute exiſtente in ſuo vigore, & humores ad motũ habiliores, diurna criſis, nocturna perfectior.

730 Colericę egeſtiones exiſtentes, naſcentibus puſtulis, poſſumus corporis impuritatem pronoſticare.

731 Salutis vel mortis, pronoſtica ſigna in cronicis certiora ſunt, ipſis in acutis.

732 Contingit ſæpe, vt habentes lubricum corpus in iuuentute ipſum in ſenectute ſtipticum.

733 Criticos dies animaduertentes, non ad celeſtis influxus illos redigimus, ſed ad cauſas tũ naturales, tum medicas.

734 Morbi ſiue materiales, ſiue cronici, omnium paritate ſupoſita, eſtiui vt plurimum breuiores.

735 Lapſus ad ſimilia complexionis, naturalis, vel ętatis vel.

temporis, minorem infert periculum quã contra.

736 Dolores plures ad inuicem ſe hebetantes, non percipiũtur ſecundum eandem partem adequate.

737 Magnorum dolorum febriumq́; perceptio, tunc fit ingens cum pus efficitur.

738 Corpus nullum in pura ſanitatis conſeruatione, eſt vſq; ad laßitudinem incluſiue exercitandum,

739 Quæ longo tempore ſunt conſueta minus affligũt, ijs quæ paruo aut nihil.

740 Medicus naturæ imitator, illam ſintomatice operantẽ, regulariter operans deſerit.

741 Quicunq́; ſpaſmo corripiuntur, omnes ad mortem ſunt declines, ex elleboris ſumptione proueniens mortiũ eſt ſignũ

742 Singultus confirmatam ſequens ſiccitatem, mortem portendit, curatur multoties propter nimium timorem, vel ſternutationem.

743 Qui in iuuentute epileptico morbo corripiuntur, hi morti donantur, contrarium euenit in pueris, nam propter ætatis decurſum ſanantur.

744 Frigida aqua mollem, raramq́; cutim conſtipare, cõdenſareq́; valet.

745 Nocturna ſitis à multis proueniens cauſis, aliquoties illas ſedat ſomnus, & hoc ſignum bonum.

746 Utero gerenti graui morbi correptæ, commode poſſumus mittere ſanguinem, tutius fetu minori exiſtente.

747 Farmaci exibitio, atq; veneſectio, non parum præſeferunt incõmodum; maius tamen à medicamẽto prouenit.

748 Mulier ad nimiam corporis maciem redacta, ſi cõcipiat,

antequā fetus grandeſcet abortit.

749 Vterogerentes magis grauantur, atq; facilius abortum faciunt ex nimia frigiditate, quā ex febre ſuperueniente

750 Ardentes febres patientibus lac nō cōpetit, pthiſicis longè cōmodius exibemus.

751 Humidiores, & hi qui nares atq; ſenſum humidum habent, magis ad egritudinem procliues.

752 Ventris fluxus in pleureſis ſtatu apparens, ad perniciem potius, quā ad ſalutem egrum producit.

753 Eunuchi atq; mulieres, ab articularibus morbis atq; caluitiæ multum ſunt remoti, propinquiores qui contra ſe habent.

FINIS.

Diſputabuntur publicè in Almo Senenſi Gymnaſio, Menſe Octobris Die. xi. & hora. xix. 1584.

# I N D I C E

1) SPERA, Pietro. Assertiones methaphysicales... Senis,1584.

2) ERGHELIUS, Franciscus. Theoremata ex totius fere philoso phiae partibus deprompta... Bononiae; 1586.

3) COSTEO, Giovanni Francesco. De humana cognitione... Bono niae, 1587.

4) UCCELLINO, Francesco. Conclusione ex universa Aristotilis philosophia speculativa... Bononiae, 1590.

5) ERGHELIUS, Franciscus. Theoremata ex totius fere philoso phiae partibus deprompta... Bononiae, 1586.

6) PHILIPPUS de Bavaria, episcopus Ratisbonensis. Theses ora toriae et catechisticae... Treviris, 1591.

7) BULLING, Caspar. Disputatio philosophica de plantis, ex Aristotele potissimum collecta... Ingolstadii, 1591.

8) SILVAE. Serenissimis fratribus... Moguntiae, 1592.

9) ENCAENISTICA poëmatia, quae, cum reverendissimus et illu strissimus Herbipolensis episcopus... Wirceburgi, 1591.

10) RAIMONDI, Girolamo. Impresa dell'Accademia Partenia di Na pole... In Napole, 1595.

11) SPINI, Innocenzo. De varia animorum sorte et constitutione ... Patavii, 1595.

12) PATELLI, Deifeso. Domine labia mea aperies, et os meum Lauda bit Virtutem tuam... Senis, 1595.

13) RICCI, Giovanni Filippo. Exemplar triumphi sapientiae, hee roicis carminibus descripti... Senis, 1595.

0883586
0883607
0883620
0883632
0887 11 0883607 (2ª copia)
0883642
0883656
0883682
0883690
0883696
0883702